Θεάων] τῶν θεῶν, θηλυκῶς. Ἡ διάλεκτος Βοιωτῶν, ἢ τῶν Αἰολέων. *Schol.*

v. 332.

Κατακοιρανέω, ῶ, dominor, rego, adminiſtro. ex κατὰ, & κοιρανέω, ῶ, dominor, impero.

v. 333.

Πτολίπορθος Ἐνυώ, urbium vaſtatrix Bellona.

v. 334.

Ὀπάζω, *h. l.* perſequor.

v. 335.

Ἔνθα, *h. l.* tum.

Ἐπορεξάμενος, protenſa manu *vel* haſta, *vel* lancea. v. ἐπορέγομαι, exporrecta manu prenſo, protenta manu capto. 2.) porrecta manu præbeo.

v. 336.

Ἄκρην οὔτασε χεῖρα] Hoc, ut opinor, ait Homerus: *Diomedem*, πολὺν καθ' ὅμιλον ὀπάζοντα, v. 334. permultis Trojanorum fuſis atque cæſis, (πολλῶν φονευομένων, ut recte *Heraclides Ponticus*) magnam *Helenæ rapiendæ auctoribus* ac propugnatoribus *notam infamiæ* eo die inuſſiſſe. CLARK.

Μεταλμενος, inſiliens. *pro* μεθαλλόμενος, *per Syncop.* a μεθάλλομαι, inſilio, tranſilio. ex μετὰ, & ἄλλομαι.

v. 337.

Ἀβληχρος, ου, ὁ, ἡ, *al.* ἀβληχρὸς, ρὰ, ρὸν, debilis, imbecillus, infirmus. 2.) fortis, validus, robuſtus.

Εἶθαρ, *adv.* ſtatim, confeſtim.

Ἀντιτορέω, ῶ, transfodio, perfodio. ex ἀντὶ, & τορέω, fodio.

V. 338.

Οἱ pro αὐτῇ, ei.

Χάριτες, grates, gratiæ, Gratiæ deæ.

Κάμον, elaborarant. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἔκαμον, v. κάμνω, cum labore facio, elaboro.

V. 339.

Πρυμνὸς, ἡ, ὸν, extremus, ultimus.

Θέναρ, αρος, τὸ, vola, cavitas manus & pedis.

Ἄμβροτος, ε, ὁ, ἡ, immortalis: divinus: incorruptus. ex α priv. & βροτὸς, mortalis: *inſerto* μ.

Θεοῖο, Deæ.

V. 340.

Ἰχὼρ, *Ichor.*

Dii apud *Hom.* non corpore conſtant, quemadmodum homines, e craſſa materie conflato, & fæculento, ſed ſubtili ac ſimplici; quamobrem corruptioni minime ſunt obnoxii; cum per eorum corpora non ille hominum ſanguis glutinoſus perfluat, ſed tenuiſſimus quidam nulla fœcis admixtione humor, qui appellatus eſt *Ichor.*

Ἰχώρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν·
Ichor, qui Divum felices perfluit artus.

Ad quem verſum alluſiſſe perhibent Alexandrum, dum accepto vulnere ex ejus corpore ſanguis efflueret; ſuis enim aſſentatoribus, qui ſe Deum Jovis filium faciebant, indignabundum exprobraſſe (*Plut. de fort. Alex.*)

— — — ἀλλὰ τοῦτο μὲν αἷμα,
Οὐκ ἰχὼρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακ. θεοῖσι.
videlicet
— — — *atqui ſanguis veriſſimus hic eſt,*
Non ichor, qualis Divorum corpore manat.

Quamquam *Seneca rhetor* non Alexandro, ſed Calliſtheni philoſopho hoc dictum attribuit (*Suaſ. prima*) quem & Alexander occidit propter intempeſtive prolatos liberos ſales; nam cum Deus vellet videri Alexander, & vulneratus eſſet, viſo ſanguine ejus philoſophus mirari ſe dixerat, quod non eſſet

Ἰχώρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν.

Hunc

Hunc item Homeri locum, ubi Deos vocat ἀναίμονας, h. e. *exſangues* reſpexiſſe crediderim *Anacreontem in Ode de Cicada*:

> ἀπαθὴς, ἀναιμόσαρκε,
> σχεδὸν εἶ θεοῖς ὅμοιος·
> *Ulla nec aucta carne,*
> *Nec aucta ſanguine ullo,*
> *Ipſis abes parum a Dis.*

RICC. *Diſſert. Hom. Tom. II. p.* 128. *ſq.*

v. 341.

Σῖτος, ου, ὁ, frumentum, triticum: cibus.
Αἴθοπα οἶνον] Vide ſupra ad *A.* 462.

v. 342.

Ἀναίμων, ονος, ὁ, ἡ, exſanguis, ſanguinis expers. ex α priv. & αἷμα, ſanguis.

v. 343.

Ἀπὸ ἕο, abs ſe.
Κάββαλεν, dejecit. aor. 2. ind. Act. *Dor.* vel *Poët.* pro κατέβαλεν, v. καταβάλλω, dejicio, proſterno.

v. 345.

Κυανέῃ νεφέλῃ] τῇ ἀορασίᾳ, ut recte Scholiaſtes. Per multitudinem ſcilicet *Æneas* elapſus, ſe ſubduxit. CLARK.

v. 346.

Ἐκ — ἕλητι θυμὸν, animam eriperet.

v. 348.

Εἶκε, cede ex — ab εἴκω, cedo.

v. 349.

Ἦ οὐχ; An non?
Ἠπεροπεύω, decipio, fallo.

v. 350.

Ἐς πόλεμον πωλήσεαι, (*Jon.* pro πωλήσῃ) in bello verſabere.
Ἦ τε, certe.

v. 351.

Ἑτέρωθι, *adv.* alibi, alio loco. ab ἕτερος.
Πύθηαι, (*nomen ejus*) audieris. aor. 2. ſubj. Med. *Jon.* pro πύθησαι, v. πυνθάνομαι, audio.

v. 352.

Ἀλύω, *propr.* vagor, erro. 2.) animo per varias rerum imagi-

imagines tacite erro. *Unde* 3.) animo inquieto, fracto, incerto conſilii, *hincque adeo* ſollicito, moeſto, mente turbata ſum; *item* ad deſperationem furoremve redigor.

Τείρετο, affligebatur. v. τείρω, vexo, adfligo.

v. 354.

Ἄχθομαι, gravor, pondere premor, ingemo ſub pondere. ἀχθομένην ὀδύνῃσι, oppreſſam doloribus. ab ἄχθος, εος, τὸ, pondus, onus: dolor, gravis moleſtia.

Μελαίνω, nigrum reddo, nigrefacio. μελαίνομαι, nigreſco: liveo. a μέλας, niger, ater, fuſcus.

v. 355.

Ἐπ' ἀριστερὰ, *ſcil.* μέρη, ad ſiniſtram.

v. 356.

Ἠὴρ, ἠέρος, ἡ, *Poët.* pro ἀὴρ, caligo, aër tenebroſus.

Ἐκέκλιτο, declinata erat. (*abdita erat.*) plusq. perf. ind. Paſſ. v. κλίνω, inclino, declino.

Ταχέ' (*pro* ταχέε) ἵππω, veloces equi.

v. 358.

Χρυσάμπυξ, υκος, ὁ, ἡ, habens vinculum *vel* reticulum ex auro, aureis frenis inſignis, aureas habenas habens. ex χρυσὸς & ἄμπυξ, υκος, ὁ, funiculus auratus, quo comæ in equorum frontibus religantur. *Euſtathio* σειρὰ κατάχρυσος τὰς περὶ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων τρίχας συνδέουσα.

Ἤτεεν, petebat. imperf. v. αἰτέω, peto.

v. 359.

Ἐκκόμισαι, exporta *me.* (curam *mei* gere.) aor. 1. imper. Med. v. ἐκκομίζω, exporto, eveho.

v. 360.

Ἵνα, *h. l.* ubi.

v. 361.

Ἄχθομαι ἕλκος, ὅ— doleo vulnere, quo —

v. 364.

Ἀκηχεμένη φίλον ἦτορ, mœrens ſuo corde.

v. 366.

Μαστίζω, flagello, flagris cædo, verbero: a μάστιξ, γος, ὁ, flagrum, flagellum.

Ἐλάαν, ut irent. *Poët.* pro ἐλᾶν, ab ἐλαύνω.

Πετέσθην, volabant. 3. dual. imperf. ind. Med. *Jon.* pro ἐπετέσθην, v. πέτομαι, volo.

v. 369.

v. 369.

Παρὰ — βάλεν, appoſuit: objecit, projecit.

Εἶδαρ, ατος, τὸ, eſca, cibus, pabulum. *pro* ἔδαρ, ab ω, edo.

v. 370.

Ἐν γούνασι πίπτε, Ad genua cecidit.

Διώνη, ης, ἡ, Dione. *Dea maris*, & *mater Veneris*.

v. 371.

Ἀγκὰς ἐλάζετο, ulnis complectebatur. ἀγκάς, *adv*. ab ἀγκαὶ, ῶν, αἱ, ulnæ.

Θυγατέρα ἣν] τὴν ἑαυτῆς θυγατέρα.

v. 374.

Μαψιδίως, *adv*. inaniter, vane, incaſſum, fruſtra, temere. a μαψίδιος, ία, ιον, inanis, vanus. quod a μάψ, *adv*. fruſtra, incaſſum.

Ἐνωπῇ, palam, manifeſte, coram, *quaſi* in conſpectu. *Dativus Adverbialiter uſurpatus*. ab ἐνωπὴ, ῆς, ἡ, adſpectus. quod ex ἐν, & ὤψ, oculus.

v. 376.

Οὖτα, vulneravit. aor. 1. ind. Act. *per Apocop*. pro οὔτασε, v. οὐτάζω. *Alii volunt eſſe* imperf. Act. v. οὐτάω, vulnero

v. 378.

Φίλτατος, η, ον, cariſſimus, dilectiſſimus. a φίλος, ου, ὁ, carus; amicus.

v. 381.

Δῖα θεάων] *Ennio*, ſancta Dearum. *Virg*. Sancte Deorum. *Æn. IV*. 576.

v. 383.

Τλῆμεν, (*multa*) pertulimus. aor. 2. ind. Act. *Jon*. pro ἔτλημεν, a τλῆμι, tolero, perfero.

v. 384.

Ἐξ ἀνδρῶν, Ab hominibus.

Ἐπ' — τιθέντες ἀλλήλοισι, invicem inferentes *vel* faceſſentes.

v. 385.

Τλῆ μὲν Ἄρης, ὅτε μιν] Non videtur hæc & ſimilia finxiſſe Homerus, ſed veteres enarrare hiſtorias more antiquo fabulis involutas. CLARK.

v. 386.

Δῆσαν κρατερῷ ἐνὶ δεσμῷ· ligaverunt duris vinculis.]

Μέγιςοι καὶ ἰσχυροὶ γενόμενοι, ἔπαυσαν τὰς πολέμους. Ut recte *Scholiaſtes* & *Heraclides Ponticus.* CLARK.

v. 387.

Κέραμος, ε, ὁ, terra figularis, *ſive* e qua fictilia fiunt. *h. l.* carcer.

Δέδετο, vinctus erat. plusq. perf. ind. Paſſ. *Jon.* pro ἐδέδετο, v. δέω, ligo, vincio.

v. 388.

Καὶ νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης] Cl. *Riccius* Diſſ. Hom. T. II. p. 122. indignatur Gallo, Homeri reprehenſori, etiam in hoc verſu, parum decoro Martis divinitati: eamque reprehenſionem natam putat ab inſcitia cenſoris, putantis ἀπόλοιτο de morte capiendum, cum ſit *perdi, peſſundari, ultimam calamitatem pati:* quaſi hoc decorum ſit Deo, ab homine perdi & ultima pati. Et ei rationi obeſt locus hujus ipſius Libri alius *v.* 311. Καὶ νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο ἄναξ ἀ. Ἀγ. quæ verba non aliter hic quam illic intelligi poſſunt. *Clarkius* videtur mollire ſenſum voluiſſe per *fortaſſis*: fruſtra. Senſus eſt: *Atque ibi haud dubie periſſet.* ERN.

Ἆτος, ε, ὁ, ἡ, *per Craſin*, pro ἄατος, inſatiabilis. ex α priv. & ἄδω, ſatio.

v. 389.

Μητρυιὰ, ᾶς, *Jon.* ἡ, ῆς, ἡ, noverca. a μήτηρ, mater.

v. 390.

Ἑρμέα, Mercurio. ab Ἑρμέας, ε, ὁ, *Poët.* pro Ἑρμῆς, ῆ, ὁ, Mercurius.

Ἐξήγγειλεν, indicaſſet. v. ἐξαγγέλλω, enuncio, annuncio.

Ἐκκλέπτω, furto eripio, clam & furtim ſubduco: diciturque & de reis, qui per fraudem periculo & pœnæ eripiuntur.

v. 391.

Ἐδάμνα, affligebat. (affligebant - vincula.) *contr.* pro ἐδάμναε, v. δαμνάω, ῶ, domo, adfligo.

v. 393.

Τριγλώχιν, ινος, ὁ, ἡ, tres cuſpides habens, tricuſpis, triſulcus. ex τρὶς, & γλωχὶν, ῖνος, ὁ, cuſpis teli, acies.

v. 394.

Ἀνήκεστος, ε, ὁ, ἡ, inſanabilis. *Philox.* intolerabilis, atrox,

atrox, gravis. Omnia gravia mala dicuntur ἀνήκεςα. ex α priv. & ἀκέομαι, ſano.

v. 395.

Ἀίδης, ου, ὁ, Pluto.

Ἐν τοῖσι, inter hos.

v. 396.

Αὐτὸς, (ωὖτὸς, MS. ἀυτὸς, Edd. vett.) *pro* ὁ αὐτὸς, idem.

v. 397.

Πύλος, ου, ὁ, *idem quod* πύλη, ης, ἡ, porta. ἐν πύλῳ, ad portam.

Ἐν νεκύεσσι βαλὼν, apud inferos vulnerans. (vulneratum.)

Ὀδύνῃσιν ἔδωκεν, doloribus affecit.

v. 399.

Κῆρ ἀχέων, corde dolens.

v. 400.

Ἐνὶ, *h. l.* per.

Ἠλήλατο, transfixa, adacta erat. plusq. perf. ind. Paſſ. verbi ἐλαύνω, facientis præt. Paſſ. ἐλήλαμαι, repetitis *Attice* duabus initialibus litteris præſentis.

Κῆδε, imperf. *pro* ἔκηδε, torquebat, angebat. a κήδω, mœrore afficio, ango. 2.) lædo, noceo.

v. 401.

Ὀδυνήφατος, ου, ὁ, ἡ, dolorem ſedans, mitigans, pellens, & *quaſi* perimens. ex ὀδύνη, & φάω, occido, interficio.

Ἐπὶ — πάσσω, *vel* τίω, *q. d.* inſuper adſpergo, inſpergo. ex ἐπὶ & πάσσω, inſpergo, conſpergo.

Qui vulnera in prælio acceperant, a Medicis curabantur. Qualis Machaon *Iliad. IV. v.* 218. qui telo e vulnere Menelai extracto dicitur illius

Sanguinem expreſſiſſe, lenia medicamenta ſciens.

Sic Pœon *h. l.* in Marte vulnerato

— — *Dolores pellentia medicamina adhibuit.*

Eurypylus quoque læſus *Iliad XI. v.* 827. *ſqq* petit a Patroclo, ut ſagitta exciſa vulnus aqua tepida abluat, & medicamina inſpergat, quæ edoctus erat ab Achille e Chironis ſchola; quod hic ſtatim præſtitit μαχαίρῃ, *cultro*, & amaram radicem impoſuit, quæ nonnullis Achillea dicitur, aliis Ariſtolochia, ſeu ἴσχαιμος *a ſiſtendo ſanguine*;

quia

quia hac protinus deſiit ſanguinis fluxus. Porro apud *Virgilium Æneid. XII. v.* 420. quoque

Fovit ea vulnus lympha longævus Japis.

Similiter Neſtor vult Machaoni vulnerato humeris aquam calidam affundi. *Iliad. XIV. v.* 5. *ſqq. coll. Iliad. XI. v.* 638. ſed & vinum generoſum πράμνειον, *pramnium* jubet propinari, nempe quia hoc ταῖς φλεγμοναῖς ἐναντιώτατον, *inflammationibus maxime contrarium*, ait *Athenæus Lib. I.* FEITH. *L. IV. C. XV.* §. *I.*

v. 402.

Ἀκέομαι, ὦμαι, ſano, medeor, medicor.

Τι, omnino. Intendit enim hæc vocula, adjectivis adverbiisve juncta, in multis locutionibus.

Καταθνητὸς, ἡ, ὸν, mortalis. ex κατὰ, & θνητὸς, *idem.*

Ἐτέτυκτο, erat, fuerat.

v. 403.

Σχέτλιος, ὀβριμοεργὸς,] Hæc, licet de *Hercule* dicta, mihi tamen non videntur, quæ eſt hujus Poëtæ ubique perſpicuitas, cum præcedentibus αὐτὸς ἀνὴρ conſtrui; ſed a principio ſententiam denuo exordiri: ea fere admirandi ratione, qua dixit *Virgilius: Demens! qui nimbos & non imitabile fulmen, &c.* CLARK.

Ὀβριμοεργὸς, ῦ, ὁ, ἡ, ingentia & fortia facinora patrans. ex ὄβριμος, υ, ὁ, ἡ, fortis, robuſtus: impetuoſus, violentus; & ἔργον.

Αἴσυλος, υ, ὁ, ἡ, *vel* αἴσυλος, ύλη, υλον, iniquus, nefarius, injuſtus, flagitioſus.

Ὀυκ ὄθεται αἴσυλα ῥέζων, pro nihilo ducit nefaria patrare.

v. 405.

Σοὶ δ' ἔπι τῦτον ἀνῆκε, in te autem hunc miſit, concitavit.

v. 407.

Δηναιὸς, ὰ, ὸν, diuturnus, longævus. a δὴν, *adv.* diu.

v. 408.

Οὐδέ τί μιν] Nunquam videlicet domum revertetur incolumis. CLARK.

Ποτὶ γύνασι, ad genua.

Παππάζω, pappa dico, adblandior patri vocando pappam. a πάππας, ῦ, ὁ, pater, pappa. *Vox puerorum blandientium ad patrem.*

v. 410.

Τῷ, *h. l.* Itaque.

v. 411.

Φράζομαι, cogito, perpendo, delibero, ſtatuo.

v. 412.

Μὴ δὴν, Ne aliquando. *vel*, Ne continuo.

Περίφρων, ονος, ὁ, ἡ, prudens, ſapiens, cordatus. 2.) valde prudens, valde ſapiens. ex περὶ & φρήν.

Ἀδρηςίνη] ἡ Ἀδράςυ θυγάτηρ.

v. 413.

Γοάω, ῶ, gemo, deploro, defleo, lugeo.

Οἰκεὺς, έως, ὁ, famulus, ſervus domeſticus. 2.) domeſticus. Genit. *Jon.* οἰκῆος. ab οἶκος, domus.

v. 414.

Κυρίδιος, υ, ὁ, qui juvenili ætate uxorem duxit. 2.) juvenilis. a κῦρος, pro κόρος, υ, ὁ, juvenis, puer.

v. 417.

Ἄλθω, medeor, ſano. ἄλθετο, imperf. Paſſ. pro ἤλθετο, *amiſſo augmento.*

Καληπιάω, ῶ, mitigo, lenio, placo. καληπιόωντο, leniebantur. *Poët.* pro καληπιῶντο, ex καληπιάοντο. imperf. Paſſ. ex καλὰ & ἠπιάω, ῶ, mitigo, lenio.

v. 421.

Ἦ ῥα τί; num quid?

Κεχολώσεαι, ſuccenſebis. *Jon.* pro κεχολώσῃ. paulo poſt fut. Vid. Α. 139.

Ὅ, τί κεν εἴπω; ob id, quod dixero?

v. 422.

Ἀχαιϊὰς, άδος, ἡ, Achiva.

Ἀνίημι, *h. l.* ſtimulo, *vel*, ſolicito.

v. 423.

Τὺς, quos.

Ἔκπαγλα, *adv.* *h. l.* vehementiſſime. Vid. Α. 146.

v. 424.

Καῤῥέζω, demulceo. ex καλὰ & ῥέζω, facio.

Εὔπεπλος, *ſive* ἐύπεπλος, υ, ὁ, ἡ, ſtolatus, pulchrum habens peplum. ex εὖ, bene, & πέπλος, peplum.

Mulieribus erant frequentius πέπλοι, ἱμάτιον ἢ ἔνδυμα γυναικεῖον, *pepli, muliebre veſtimentum*, ait *Heſychius:* quod e

 ſubtili

ſubtili ſtamine confectum, ceteris veſtibus ſuperinduebant; unde Achivæ mulieres *h. l.* ἐύπεπλοι, *bonis peplis inſtructæ* dicuntur: Et Τρῳάδες paſſim ἑλκεσίπεπλοι, *longa peplorum ſyrmata trahentes*; quia promiſſi erant pepli. Sic *Iliad. VI. v.* 289. in Helenæ thalamo erant

— — Πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν Σιδονίων,

— — *Pepla omnigeno artificio varia, opera mulierum Sidoniarum.*

E quibus unum Minervæ dedicat Theano. Minerva quoque *Il V.* 734.

Πέπλον κατέχευεν ἑανὸν πατρὸς ἐπ' ὔδει.

Peplum quidem defluere ſivit pulchrum patris ſuper pavimento.

Venus ſuum obtendit Æneæ adverſus tela. Eoque induta dicitur in *Hymno.*

Πέπλον μὲν γὰρ ἕσο φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς,

Peplo etenim induta eſt ſplendidiore ignis radio.

Sæpe etiam ἑανὸν *lucidum* ſimpliciter dictum, ut *Iliad. XIV. v.* 178. de Junone,

Ἀμφὶ δ' ἄρ ἀμβρόσιον ἑανὸν ἕσατο.

Circumque ambroſium peplum induit.

Quamquam nonnulli apud Pollucem diſtinguantur variegatione, quæ ſæpius in peplis. FEITH. *L. III. C. VI. §. IV.* add. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. II. p.* 143.

v. 425.

Περόνη, ης, ἡ, fibula.

Καταμύσσω, *vel* ττω, lacero, perſtringo. ex κατὰ & ἀμύσσω, lacero, diſcerpo.

Ἀραιὸς, ὰ, ὸν, tener, mollis: imbecillis.

v. 429.

Μετέρχομαι, *h. l.* tracto.

v. 433.

Γιγνώσκων] *Gnarus.* Quod vulgo vertunt, *cognoſcens*, longe aliud eſt. CLARK.

Ὅ οἱ] Libenter Homerus poſt γινώσκειν uſurpat ὃ pro ὅτι. Vid. Θ. 140. 362. ERN.

v. 434.

Ἵετο, cupiebat. ab ἵεμαι, cupio, deſidero.

v. 435.

v. 435.

Ἀπὸ — δῦσαι, expere.

v. 437.

Ἐστυφέλιξε, incuſſit: διέσεισε, διεκίνησε. Vid. ad A. 581.

v. 438.

(Καὶ) τὸ τέταρτον (μέρος) ἐπέσσυτο, quartum impetum fecerat, (feciſſet;) *vel*, quarto irruerat, (irruiſſet.) pro ἐπεσέσυτο. plusq. perf. Paſſ. *per Metath.* v. ἐπισεύω, concito.

v. 439.

Δεινὰ δ'] δὲ eſt pro δὴ, quod alias in tali contextu ponitur, *ibi tum*, *tum vero.* ERN.

Δεινὰ, *adv.* vehementer: graviter: minaciter.

v. 442.

Χαμαὶ ἐρχομένων, humi incedentium.

v. 443.

Ἀναχάζω, ομαι, recedo, retrocedo, greſſum inhibeo.

v. 445.

Ἀπάτερθεν ὁμίλου, ſeorſum a turba.

v. 446.

Νηὸς, οῦ, ὁ, templum, fanum. *Jon.* pro ναός.

v. 448.

Ἄδυτον, ου, τὸ, adytum. ab ἄδυτος, ου, ὁ, ἡ, ad quem non patet ingreſſus. Adytum autem eſt illa pars templi, in quam nulli præter ſacerdotem ingredi licet. (ex α priv. & δῦμι, ingredior.) Conf. SAM. PITISCI *Lexic. Antiq. Rom. Tom. I. p.* 33. THOMÆ DEMPSTERI *Paralip. ad* JOH. ROSINI *Antiq. Rom. Lib. II. Cap. II. p.* 87. (Edit. 1743. Amſt.)

Κύδαινόν τε] Cum hic non de Æneæ *gloria atque honore* agatur; conjicit *Domina Dacier*, ſcripſiſſe *Homerum*, κήδαινόν τε. Sed κηδαίνω vox eſt *Homero* ignota. Si quid mutatum oporteret, ſcribendum erat κήδησάν τε. Sed nihil opus. Κύδαινον enim id eſt, quod latine dicas, *honorifice excipiebant.* Quod quidem non ad *gloriam* Æneæ, ſed ad *pietatem* referendum. CLARK.

v. 449.

Εἴδωλον, ου, τὸ, ſimulacrum, imago, effigies. ab εἶδος, εος, τὸ, ſpecies, forma, facies.

Τεῦξ, fecit, fabricavit. pro ἔτευξε. v. τεύχω.

 v. 450.

v. 450.

Τοῖον] τοιῦτον.

v. 451.

Ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ κικὼλῳ] Hoc nimirum ait Poëta, ut recte obſervavit *Popius*; utique neſciſſe Achivos, *Æneam*, poſtquam humi cecidiſſet, per multitudinem elapſum in urbem evaſiſſe. CLARK.

v. 452.

Δῄουν, cædebant, feriebant: διέκοπτον. *Schol.* imperf. ind. Act. *contr.* & *Jon.* pro ἐδῄοον, v. δῃόω, ῶ, vaſto, hoſtiliter populor.

Βοείας ἀσπίδας, bubulos clypeos.

Scuto ſeu *clypeo univerſum corpus protegebant.* Ex corio bubulo plerumque conſtabat, unde ἀσπίδας βοείας Homerus ſæpe vocat. Erat hoc multiplex, quo clypei eſſent fortiores, ære ſuperinducto; quomodo deſcribit Sarpedonis ſcutum *Iliad. XII. v.* 294. *ſqq.* Ita Ajacis ſcutum dicerem fuiſſe ἑπταβόειον, *e ſeptem boum pellibus; quibus octavum accedebat æs. Iliad. VII. v.* 219. *ſq.* & 223. FEITH. *L. IV. C. VIII.* §. *V.*

v. 453.

Ἔυκυκλος, ου, ὁ, ἡ, rotundus: pulchre orbiculatus. ex εὖ & κύκλος, ου, ὁ, orbis, circulus.

Λαισήϊον, ου, τὸ, breve ſcutum, parmula.

Videtur oblongæ, & ut plurimum acclivis fuiſſe figuræ, & ex tergoribus villoſis conſerebatur; unde Grammatici illud deducunt à λάσιος, i. e. *villoſus.* Hoc clypei genus leve erat; quapropter (ut *Euſtathius* animadvertit) Homerus ei tribuit epitheton πτερόεν, leve. POTT. *Tom. II. p.* 30.

v. 456.

Μετελθὼν, *h. l.* vindicta perſecutus: adgrediens.

v. 458.

Καρπὸς, οῦ, ὁ, fructus. *h. l.* junctura manus cum brachio, carpus.

v. 461.

Οὖλος, η, ον, pernicitioſus, exitioſus, exitialis. ab ὄλλυμι, perdo.

Μετέρχομαι, *hic* obeo.

v. 465.

v. 465.

Ἐς τί; Quouſque? *Euſtathius*: Χρονικῶς δὲ κεῖται τὸ ἐς τί, ἀντὶ τοῦ μέχρι τίνος· οὕτω δὲ καὶ τὸ ἑπόμενον, (nam & hoc ſequitur.) ἀντὶ τοῦ ἕως οὗ.

Ἀχαιοῖς, *ab* Achivis.

v. 466.

Ἦ; An?

v. 467.

Ἶσον, *l. adv.* æqualiter. ab ἶσος, æqualis.

v. 469.

Φλοῖσβος, ου, ὁ, ſonitus, quem aqua edit, præſertim cum fluctus excitantur. 2.) murmur, tumultus. 3.) ſtrepitus.

v. 472.

Ἕκτορ, πῆ δή τοι] Oportuit ipſum etiam Hectorem, virum alioqui Trojanorum omnium fortiſſimum, officii ſui admoneri: ubi Poëta docuit, virtutem interdum ſopitam jacere, ſtimulisque excitandam, ut in actus neceſſarios exeratur. Iſta autem Sarpedonis oratio *duo* continet: *primum*, ignaviam non ſolum Hectoris, ſed omnium etiam Trojanorum perſtringit. *Secundo*, Hectorem muneris & partium ſuarum commonefacit. Pars illa *prima* comparationem virtutis copiarum auxiliarium cum Trojanorum ignavia complectitur, ut ſociorum exemplo pudor Hectori injiciatur, qui adeo molliter in tam neceſſaria pugnandi occaſione ſe gerat. SPOND.

Πῆ; quo?

v. 473.

Φῆς (*Jon.* pro ἔφης) που, dixiſti quondam.

Ἑξέμεν, defenſurum: ſervaturum. fut. 1. infin. *Jon.* pro ἕξειν, v. ἔχω.

v. 474.

Γαμβρὸς, οῦ, ὁ, *h. l.* affinis.

v. 477.

Ἔνειμεν, adſumus. præſ. ind. Act. *Poët.* pro ἔνεσμεν, v. ἔνειμι, inſum: adſum.

v. 478.

Τηλόθεν, *adv.* procul, e longinquo, eminus. a τῆλε, *adv.* procul, longe.

v. 479.

Τηλοῦ, *adv.* procul.

Ἔπι, *h. l.* ad.

v. 481.

Τά τ' ἔλδεται, ὅσκ' ἐπιδευής] Quæ ſatis ſint ad cujusvis animum explendum, ne amplius in dubiam belli aleam eat. CLARK.

Ἔλδομαι, *Poët.* cupio, deſidero.

Ἐπιδευὴς, έος, ὁ, ἡ, indigens, pauper. ab ἐπιδεύω, indigeo.

v. 482.

Μέμονα, *Poët.* cupio, volo, audeo. præt. Med. v. μένω, maneo.

v. 483.

Ἀνδρὶ μαχέσσασθαι] *Cum viro quovis*, vertit *Barneſius.* Mihi potius videtur, *cum viro iſto*, ſc. *Diomede.* CLARK.

v. 484.

Ἠὲ φέροιεν Ἀχαιοὶ, ἤ κεν ἄγοιεν] Mihi (*inquit*) hoc in loco neque opes ſunt, quas *diripiant* Achivi; neque uxor atque liberi, quos in ſervitutem *abducant.* CLARK.

v. 485.

Τύνη (pro τὺ, *Dor.* pro σὺ) δ' ἕστηκας, tu vero ſtas.

v. 486.

Λαοῖσιν, pro λαοῖς.

Μενέμεν, conſiſtere: ſuſtinere *hoſtem.*

Ὄαρ, αρος, ἡ, uxor, conjux. plur. ὄαρες, *contr.* ὦρες. ὤρεσσι, dat. plur. *Poët.* pro ὦρσι.

v. 487.

Μήπως, *Cave*, ne forte.

Ἀψῖδες λίνου, nexus lini. περιφραστικῶς dicitur pro δίκτυα, retia. ἀψὶς, ῖδος, ἡ, connexio, vinculum. ab ἅπτω, necto, attingo.

Λίνον, ου, τὸ, linum: filum lineum: rete.

Ἁλόντε, *capti.*] *Tuque ipſe* ſcilicet, & *populus tuus:* Ut verſu ſuperiore, Τύνη & λαοὶ ἄλλοι. (*copia alia.*) CLARK.

Πάναγρος, ου, ὁ, ἡ, omnia trahens & capiens. *Retis* epith. ex πᾶν & ἄγρα, ας, ἡ, captura: venatio: piſcatio.

v. 488.

Ἀνδράσι δυσμενέεσσιν, hoſtibus.

Ἕλωρ, ορος, τὸ, captura: rapina, præda.

Κύρμα, ατος, τὸ, id, in quod aliquis incidit, quod nanciſcitur, præda. a κύρω, incido: nanciſcor.

v. 489.

Ὑμὸς, ἡ, ὸν, *Poët.* pro ὑμέτερος.

v. 491.

Τηλέκλητος, ȣ, vel τὸς, ȣ̃, ὁ, e longinquo vocatus, arceſſitus. ex τῆλε, procul; & καλέω, voco.

v. 492.

Ἐχέμεν, ut *hoſti* obſiſtant.

Ἀποθέσθαι ἐνιπὴν] *Barneſius* hoc minus recte ad præcedentem χερὶ ita refert, ut de *Hectore* ſciljcet intelligatur; quod alii iſto ἀρχȣ̃ς λισσομένῳ conſtruentes, de auxiliariorum ducibus accipiunt. CLARK.

v. 493.

Δάκε δὲ φρένας] Cum non habeat Hector, quod Sarpedoni contradicat, quia ſe nimirum juſte increpari ſentit: ne verbum quidem hiſcens animo ſtimulatus illico in arenam deſcendit. Ubi docet Poëta, juſtas objurgationes & exhortationes apud generoſos homines otioſas eſſe non debere. SPOND.

Δάκε, momordit. aor. 2. pro ἔδακε. a δάκνω, mordeo: pungo.

v. 497.

Ἐλελίχθησαν, converſi ſunt *a fuga.* v. ἐλελίζω, *h. l.* converto.

v. 498.

Ὑπομένω, ſuſtineo, perſevero.

Ἀολλὴς, έος, ὁ, ἡ, confertus, congregatus. ἀολλέες, conferti, denſi.

v. 499.

Ἄχνη, ης, ἡ, *h. l.* palea. Generaliter capitur pro tenuiſſimo cujuslibet rei.

v. 500.

Λικμάω, ῶ, ventilo, evanno, ventilabro purgo. a λικμὸς, ȣ̃, ὁ, ventilabrum, vannus.

v. 501.

Κρίνω, *h. l.* ſecerno, diſcerno.

Ἐπειγομένων ἀνέμων, urgentibus *ſeu* ingruentibus ventis.

v. 502.

v. 502.

Ὑπολευκαίνω, ſubalbidum *ſeu* ſubcandidum reddo. ὑπολευκαίνομαι, albeſco : ſubalbico. ex ὑπὸ & λευκαίνω, dealbo, candidum facio.

Ἀχυρμιά, ᾶς, ἡ, & ἀχυρμιὸς, acervus palearum. ab ἄχυρον, ου, τὸ, palea, acus, feſtuca.

v. 504.

Πολύχαλκος, ου, ὁ, ἡ, multum habens æris, ære abundans. *Item*, *per conſeq.* ſolidus, firmus. Epith. *Cœli.*

Ἐπέπληγον, pulſando excitarunt. *per reduplicat.* pro ἔπληγον. aor. 2. ind. Act. v. πλήττω, percutio. *Vel* eſt aor. 2. verbi compoſiti ἐπιπλήττω.

v. 505.

Ἂψ ἐπιμισγομένων, converſa acie confligentium. ἐπιμίσγομαι, commercium habeo, in conſortium venio. 2.) ingredior, accedo.

Ὑπὸ — ἔστρεφον, reverſi ſunt; *vel*, reduxerunt, reverti fecerunt *equos:* flexerunt *equos.*

Ἡνιοχεὺς, έως, ὁ, auriga, qui habenas tenet.

v. 506.

Μένος χειρῶν, *vis manuum*, pro *certaminis ardore;* & μένος χειρῶν φέρειν, *vim manuum ferre*, ſcil. *in hoſtem*, eſt *in illum multa vi irruere.* Ita Hom. *h. l.*

> Οἱ δὲ μένος χειρῶν ἰθὺς φέρον·
>
> *Illi vero recta acie tendebant in hoſtem;* ſive *ex adverſo irruebant.*

Nam utrumque ſignificat τὸ ἰθύς. *Euſtath.* ad *h. l.* Τὸ μένος χειρῶν ἰθὺς ἔφερον, ἀντὶ τοῦ, ἐμάχοντο ἀντικρύ· ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐρεῖ ὁ ποιητής· HOOG. *ad* VIG. *Idiot. C. III. S. XII. R. V.* (*N.* 98.)

v. 508.

Κεραίνω, perficio, effectum reddo. a κεραίνω, *idem.*

v. 509.

Χρυσάορ, ορος, & χρυσάορος, ου, ὁ, ἡ, enſem aureum habens. ex χρυσὸς, & ἄορ, ορος, τὸ, enſis.

v. 511.

Ἀρηγὼν, όνος, ὁ, ἡ, auxiliator, — trix. ab ἀρήγω, auxilior, opem fero.

v. 512.

v. 512.

Πίονος] νῦν, πλυσίυ, ἢ λιπαρῦ, ἐυδαίμονος. *Schol.*

v. 514.

Μεθίςαλο, inter — ſtetit. v. μεθίςημι, ſtatuo aliud pro alio: muto: transfero. μεθίςαμαι, *h. l.* ſto, verſor, ſum inter —

v. 515.

Ἀρτεμὴς, έος, ὁ, ἡ, incolumis, integer, ſanus, ſalvus.

v. 517.

Ἔα, ſinebat. v. ἐάω.

v. 521.

Ὑποδειδίζω, timeo. ab ὑποδείδω, ſubvereor, ſubtimeo.

Ἰωκὴ, ῆς, ἡ, *per Aphæreſin* pro διωκὴ, clamor, minæ, inſectatio, perſecutio, impetus. a διώκω, perſequor.

v. 522.

Νεφέλῃσιν ἐοικότες, ἅς τε Κρονίων] Cette image eſt belle & noble, & on la trouve d'autant plus juſte dans la ſuite, qu'on voit qu'elle a annoncé la fuite des Grecs, & que les Troyens ſont comparez au Borée, & aux autres vents orageux, que diſſipent les nuages. DACIER.

v. 523.

Νηνεμίης] ἐπὶ νηνεμίας· tranquillitatis tempore.

Νηνεμία, ας, *Jon.* ίη, ης, ἡ, ventis vacua tempeſtas, tranquillitas aëris, nullis ventis ſpirantibus. a νήνεμος, ε, ὁ, ἡ, ventis vacuus, ſerenus: tranquillus. quod ex νὴ & ἄνεμος, ὁ, ventus.

Ἀκρόπολος, ε, ὁ, ἡ, altiſſimum habens verticem, ſummus, excelſus. ex ἄκρος, ſummus, & πόλος, ε, ὁ, vertex.

v. 524.

Ὄφρα, *h. l.* quando, quum,

Εὕδῃσι, dormit. præſ. ſubj. *Jon.* pro εὕδῃ, ab εὕδω, dormio: quieſco.

Βορέας, *vel* ης, *Jon.* ε, ὁ, Boreas, Aquilo: *ventus a ſeptentrione ſpirans, ſiccus, & frigidus.*

v. 525.

Ζαχρειὴς, έος, ὁ, ἡ, valde utilis. ex ζα, valde, & χρεία, utilitas. *Vel, ſignificat* vehemens, violentus, impetuoſus. a χρεία, neceſſitas: *neceſſitas eſt quoddam violentum, nec habet legem.*

v. 526.

v. 526.

Πνοιὴ, ῆς, ἡ, *Poët.* pro πνοή, flatus. a πνέω, flo, ſpiro.
Λιγυρὸς, ρὰ, ρὸν, ſtridulus, argutus: canorus. a λιγὺς, *idem.*
Διασκίδνημι, diſſipo, diſpergo. ex διὰ & σκίδνημι, *idem.*
Ἄω, flo, ſpiro.

v. 527.

Ἔμπεδον, *adv.* firmiter, ſtabiliter: tuto: perpetuo. ab ἔμπεδος, ου, ὁ, ἡ, ſtabilis, firmus.

v. 529.

Ἕλεσθε, ſumite, aſſumite: ἀναλάβετε.

v. 530.

Αἰδεῖσθε, verecundantes obſervate: διατηρεῖτε, ἀλλήλους προσέχετε. *Schol.*

v. 531.

Πλέονες — ἠὲ, plures — quam.
Πέφανται, interfecti ſunt. præt. ind. Paſſ. v. φάω, *inuſit.* interficio, occido.

v. 532.

Ὄρνυται, exſurgit.
Ἀλκὴ, ῆς, ἡ, robur, vires. 2.) fortitudo, ſtrenuitas. 3.) auxilium, remedium.

v. 535.

Ὁμῶς, *adv.* ſimiliter, æque, pariter. ab ὁμὸς, ὴ, ὸν, ſimilis, par.

v. 537.

Τόν ῥα] *Iſtum itaque.* Adeo ut non ſupervacanea ſit vocula. CLARK.

v. 538.

Ἔρυτο, inhibebat, impediebat, depellebat. pro εἴρυτο, *vel* ἤρυτο. ab ἔρυμι, *idem quod* ἐρύω· imperf. Med. *Vel eſt* plusq. perf. τοῦ ἐρύω, traho, cuſtodio, libero, arceo, impedio, &c.
Εἴσατο, penetravit. aor. 1. Med. v. εἶμι, vado, eo.
Διὰ πρὸ — καὶ τῆς· penitus — etiam per ipſum.

v. 539.

Νειαίρη, ης, ἡ, *Jon.* pro νειαίρα, ima *ſeu* extrema pars ventris, venter inferior. *Nunquam apud Hom. uſurpatur ſine γαστὴρ adjuncto.* Derivatur a νεαρὸς, *vel* νειαρὸς, novus, recens, ultimus: *hoc autem* a νέος.

v. 548.

v. 548.

Διδυμάων, ονος, ὁ, geminus, gemellus. a δίδυμος, ε, ὁ, ἡ, duplex, geminus.

v. 550.

Ἡβάω, *vel* ἡβάσκω, pubeſco, adoleſco. ab ἥβη, ης, ἡ, pubes, pubertas.

v. 551.

Εὔπωλος, ε, ὁ, ἡ, producens bonos equos, generoſis equis foecundus. ex εὖ, & πῶλος, ε, ὁ, pullus equinus.

v. 554.

Οἵω τώγε λέοντε — Quales leones-] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. Bl. 322.

v. 555.

Τάρφος, εος, τὸ, denſitas, *propr.* ſilvæ, locus ſilvæ denſus. *quaſi* τράφος. a τρέφω, nutrio: *eo quod animalia nutrit;* quod Etymon ipſe Hom. (inquit *Euſtath.*) verſu hoc exprimit.

v. 556.

Ἴφιος, ε, ὁ, ἡ, robuſtus, fortis, pinguis, bene nutritus. ab ἶφι, *adv.* valide, fortiter.

v. 557.

Ὄφρα, *h. l.* donec *tandem.*

v. 558.

Κατέκταθεν, interfecti ſunt. 3. plur. aor. 1. ind. Paſſ. *Bœot.* pro κατεκτάθησαν, v. κατακτείνω, occido.

v. 559.

Τοίω — Tales —

v. 560.

Καππεσέτην, deciderunt. *Jon.* pro κατεπεσέτην, aor. 2. ind. v. καταπίπτω, decido.

Ἐλάτη, ης, ἡ, abies.

v. 564.

Τὰ φρονέων, ea cogitans.

v. 566.

Πέρι γὰρ δίε] περισσῶς γὰρ ἐφοβεῖτο περὶ τῦ Μενελάε. *Schol.*

Δίω, *h. l.* timeo. δίε, pro ἔδιε.

v. 567.

Ἀποσφήλειε, fruſtraret: aberrare faceret a — aor. 1. opt. Act. *Æol.* pro ἀποσφήλαι, v. ἀποσφάλλω, ſubverto, peſſum-

peſſumdo. 2.) a via aberrare facio, ſeduco. 3.) facio excidere ab incepto, impedio. ex ἀπὸ & σφάλλω, ſupplanto, everto: fallo, circumvenio.

v. 568.

Τὼ μὲν δὴ] *Menelaus* & *Æneas*.

v. 574.

Βαλέτην, poſuerunt. in dual. *Jon.* aor. 2. ind. Act. v. βάλλω.

v. 576.

Ἑλέτην, interfecerunt.

v. 579.

Νύξε, vulneravit. a νύσσω.

v. 581.

Ὁ δ' ὑπέστρεφε μώνυχας ἵππους] Interea, dum averteret equos, percuſſus eſt. Recte igitur *Parentheſi* incluſa ſunt hæc verba. CLARK.

Ἀγκὼν, ῶνος, ὁ, cubitus, flexus brachii.

v. 583.

Λεύκ' ἐλέφαντι] Non, λευκὰ ὡς ἐλέφαντος, ut Scholiaſtes; ſed *ebore ornata & diſtincta*. Κώπη δ' ἐλέφαντος ἐπῆεν. Odyſſ. Φ. 7. CLARK. Vide ſupra ad Δ. 141.

v. 584.

Ἤλασε, percuſſit: ἔκοψε.

v. 585.

Ἀσθμαίνω, anhelo, difficulter anhelo, cum ſingultu palpito, expiro. ab ἆσθμα, ατος τὸ, flatus, ſpiritus, anhelitus, anhelatio. 2.) reſpiratio difficilior, ſuſpirium.

Εὐεργὴς, έος, ὁ, ἡ, affabre factus, bene fabricatus. ex εὖ, & ἔργον, opus.

v. 586.

Κύμβαχος, ου, ὁ, ἡ, *idem quod* ἐπὶ κεφαλὴν ἔκπεσε, incidit *vel* decidit in caput. pronus, in caput præceps. a κύμβη, ης, ἡ, cymba, *navigii genus*: caput.

Βρεχμὸς, ου, ὁ, ſinciput. a βρέχω, madefacio.

v. 587.

Ἑστήκει] Vox ἑστήκει accipitur ἀορίστως, ſimiliter ut ἔστη. Quod ſi ἔστηκεν dixiſſet, jam non conſtitiſſet *Temporum* ratio. Erat enim hoc utique διωρισμένως dicere, Mydona *jam tum, cum hæc ſcriberet Poëta*, in caput diu ſtetiſſe. CLARK.

Τύχε

ιι — inciderat in —, nactus erat —

v. 588.

ιον] κατέβαλον: dejecerunt.

v. 589.

κα' pro ἵμασε, ſcutica agitabat. v. ἱμάσσω, loris cædo, verbero. ab ἱμὰς, ἄντος, ὁ, lorum, corrigia, habena.

Ἀνὰ h. l. ad.

v. 590.

ς δ' Ἕκτωρ] Menelaum ſcilicet, & Antilochum.

Ἀνὰ h. l. inter.

v. 593.

Κυδοιμὸς, ȣ̃, ὁ, turba, tumultus.

v. 594.

Νωμάω, ῶ, h. l. moveo, agito, vibro.

v. 595.

Ἄλλοτε δ' ἄλλοτε μὲν] Pulcherrima fortitudinis Hectoreæ imago. CLARK.

Ἄλλοτε — ἄλλοτ — modo — modo, interdum — interdum.

v. 597.

Ἀπάλαμνος, ȣ, ὁ, ἡ, induſtria carens. h. l. rerum imperitus. ex α priv. & παλάμη, ης, manus, palma; ars, quaſi cujus manibus nulla eſt ars: ἀσθενὴς, ἄπειρος, ἐν μηχανήσασθαι δυνάμενος. Schol.

Ἰὼν, prodiens, elapſus, iturus. Nam tria tempora ſignificat, præſ. præt. & fut. ab εἶμι, eo. ἰὼν πολέος (pro πολλȣ̃) πεδίοιο, emenſus ingentem campum, i. e. per ingentem campum means, vel prolapſus: διὰ ſubintellecto ἐλλειπτικῶς; nam crebro regunt verba Genit. deficiente vis præpoſitione, quæ poſtulat Genit.

v. 598.

Στήῃ, conſtiterit, vel conſiſtit. aor. 2. ſubj. Act. Poët. στῇ, & hoc Jon. pro στῇ, v. ἵστημι, ſto, conſiſto.

Ὠκύῤῥοος, & ὠκύῤῥος, ȣ, ὁ, ἡ, celeriter fluens, rapidus. ex ὠκὺς, & ῥέω, fluo.

Ἅλαδε, in mare.

Προρέω, vel προῤῥέω, profluo.

v. 599.

Ἀφρὸς, ȣ̃, ὁ, ſpuma.

Μορμύρω, tremo, fremo, murmuro: *propr.* ut fluvius cum ſtrepitu fluens.

Ἀνὰ τ' ὕδραμ' ὀπίσσω, continuoque recurrit retrorſum.

v. 601.

Οἷον, quam.

v. 602.

Αἰχμητὴς, haſta fortis.

Θαρσαλέος, έα, έον, fidens, audax. a θάρσος, εος, τὸ, fiducia: audacia.

v. 603.

Πάρα, *pro* πάρεστι, adeſt.

Εἷς γε θεῶν] *Deorum certe aliquis, unus ſaltem.* Ut adeo iſtud γε nequaquam ſit ſupervacuum. CLARK.

Λοιγὸς, ȣ, ὁ, pernicies, exitium: *mors.*

v. 605.

Τετραμμένοι, converſi, adverſa fronte. τέτραμμαι, converſus ſum. a τρέπω, verto. nam τέθραμμαι, a τρέφω, alo.

v. 606.

Θεοῖς μενεαινέμεν μάχεσθαι. contra Deos velitis, *ſeu* cupiatis pugnare.

v. 607.

Σχεδὸν αὐτῶν, prope *ad* ipſos.

v. 608.

Εἰδότε χάρμης, peritos pugnæ.

v. 613.

Πολυκτήμων, ονος, ὁ, ἡ, dives, locuples. ex πολὺς, & κτάομαι, poſſideo.

Πολυλήϊος, ȣ, ὁ, ἡ, multas ſegetes habens. locuples. ex πολὺς, & λήϊον, ȣ, τὸ, ſeges.

v. 614.

Ἦγε, duxit.

Ἐπικουρήσοντα, auxiliaturum. ab ἐπικουρέω, ῶ, auxilior, auxilio venio.

Μετὰ *h. l.* ad.

v. 615.

Τόν ῥα] *Hunc utique.*

v. 618.

Ἐπὶ — ἔχευαν, *in eum* conjecerunt.

V. 620.

v. 620.

Λὰξ, *adv.* calce, calcibus, extremo pede.

Προσβὰς, accedens. a προσβαίνω, pro προσβάω, *vel* βῆμι, adeo, accedo. aor. 2. part. Act.

v. 621.

Ἐσπάσατο, evulſit, extraxit. a σπάω, traho, educo, extraho, evello. σπάομαι, *idem.*

v. 622.

Ὤμοιϊν (genit. Dual. *Jon.* pro ὤμοιν) ἀφελέσθαι, ab humeris auferre.

v. 623.

Ἀμφίβασις, εως, ἡ, circuitio, circumventio. ab ἀμφιβαίνω, circumeo.

v. 628.

Ἠΰς, ἐος, ὁ, bonus: fortis: magnus: generoſus.

v. 633.

Βουληφόροι, — μάχης ἀδαήμονι] Domi, quam militiæ, melior.

v. 634.

Ἀδαήμων, ονος, ὁ, ἡ, imperitus, indoctus, inſcius. ex α priv. & δαήμων, doctus, peritus.

v. 635.

Sæpe Participium verbo junctum mutuam patitur permutationem, & per verbum redditur, ipſum autem verbum participii vim obtinet. Frequentiſſimum quidem hoc eſt in λανθάνω: ſed non minus uſitatum in aliis verbis, v. gr. pro ψεύδονται οἱ λέγοντες, tu eleganter repone, ψευδόμενοι λέγουσιν. Ita Hom. *h. l.*

Ψευδόμενοι δέ σε φασὶ Διὸς γόνον αἰγιόχοιο
Εἶναι, — —

Mentientes dicunt, i. e. *Mentiuntur, qui dicunt, te eſſe ſobolem Jovis.*

Atticiſmum hunc agnoſcit Corinthus de Dial. HOOG. *ad* VIG. *de Idiot. C. VI. S. I. R. XVIII.* (*N.* 51. *V.*)

Γόνος, ου, ὁ, ſoboles, proles. a γίνομαι, naſcor.

v. 636.

Ἐπιδεύεαι (κείνων ἀνδρῶν) inferior ſis (illis viris.) *Jon.* pro ἐπιδεύῃ. v. ἐπιδεύομαι, indigeo.

v. 637.

Διὸς ἐξεγένοντο, ex Jove nati ſunt.

Ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων, ætate *ſeu* tempore priſcorum hominum.

v. 638.

Βίην Ἡρακληείην] Vide ſupra ad. B. 658.

v. 639.

Θρασυμέμνων, ονος, ὁ, ἡ, qui irruentem hoſtem viriliter ſuſtinet, *ideo* audax, animoſus. a θρασὺς, εῖα, ὺ, audax, temerarius; & μένω, maneo, exſpecto. *vel* a μέμνων, memor : *ut ſit audaciæ memorandæ.*

Θυμολέων, οντος, ὁ, leonino animo præditus. ex θυμὸς, & λέων, leo.

v. 640.

Ἕνεχ' pro ἕνεκα.

v. 641.

Οἴῃς σὺν νηυσὶ, ſolis cum navibus.

v. 642.

Χήρωσε δ' ἀγυιάς] Hunc modum dicendi de populatione frequenter imitati ſunt Græci & Latini, ut bene monet ac docet Cel. Weſſeling. in Diſſ. Herodotea. p. 86. ERN.

Χηρόω, ῶ, viduo, viduum reddo, orbo, privo. a χῆρος, χήρα, χῆρον, viduus, orbus, indigens.

Ἀγυιὰ, ᾶς, ἡ, vicus, via, *ſc.* urbis, regio, platea.

v. 643.

Κακὸς, *h. l.* ignavus, timidus.

Ἀποφθινύθω, pereo, intereo.

v. 644.

Ἄλκαρ, αρος, τὸ, auxilium, remedium, tutamen, munimentum, præſidium.

v. 646.

Δμηθέντα, interfectum.

Πύλας ἀΐδαο περήσειν, ad portas orci deſcenſurum. Vid. *Celeb.* I. GE. ALTMANNI *Meletem. Philol. - Crit. Tom. I. p.* 95. *ſqq. de* Πύλαις Ἅιδου. *Ejusdem*que *Obſervat. Philol.-Crit. in N. T. Tom. I. p.* 373. *ſqq.* & *II. p.* 220.

v. 648.

Ἤτοι κεῖνος ἀπώλεσεν] Fatetur Sarpedon merito exciſum

ab

ab Hercule Ilium ob Laomedontis perfidiam: neque tamen idcirco Tlepolemo cedit, quin ei intrepide mortem minatur, quam ei revera ſtatim intulit. Sequitur enim utriusque certamen, ubi tantum Sarpedon vulnerabitur, jactabundus autem & contumelioſus ille Tlepolemus occiditur. Ubi notandum, fere Thraſonum iſtorum ob virtutem propriam gloriantium hoc eſſe fatum, ut in eorum caput redundet, quod ipſi tumide aliis minitabantur. SPOND.

v. 651.

Ἀπέδωχ᾽ pro ἀπέδωκε, dedit.

v. 653.

Τεύξεσθαι, futuram. v. τυγχάνω, *fut.* τεύξομαι, ſum.

v. 654.

Εὖχος, εος, τὸ, *h. l.* gloria, honor.

Ἄϊς, ιδος, ὁ, *h. l.* Pluto, Orcus.

Κλυτόπωλος, ου, ὁ, celeber *ſeu* inſignis equis. *Plutonis* Epithet. a πῶλος, ὁ, pullus equinus, & κλυτὸς, inclytus.

v. 655.

Ἀνέσχετο, ſuſtulit: ἀνέτεινε.

Μείλινος, η, ον, fraxineus. a μελία, fraxinus.

v. 656.

Ὁμαρτῆ, *adv.* ſimul, una: eodem tempore; ὁμοῦ καὶ κατ᾽ αὐτὸν χρόνον· *Schol.* ex ὁμοῦ, *idem*, & ἀρηρότως, apte, commode; *De iis dicitur, quæ ſerie continua ſe ſequuntur.*

v. 657.

Ἤϊξαν, evolarunt. v. ἀΐσσω, *vel* ττω, ruo, cum impetu feror: erumpo, proſilio.

v. 659.

Ἐρεβεννὸς, ὴ, ὸν, furvus, obſcurus. ab ἔρεβος, εος, τὸ, erebus, orci tenebræ *ſeu* caligo.

v. 661.

Μαιμάω, pro quo μαιμώω, *Poët.* a quo in partic. μαιμώωσα, properans, rapido impetu acta. *idem quod* μάω, vehementer cupio, impetu feror.

v. 662.

Ἐγχρίμπτω, admoveo, tango, infrico, adjungo, applico, hæreo. ex ἐν & χρίμπτω, admoveo, appello, accedo. Dicitur *quaſi* χειρίπτω, a χεὶρ, manus. Significat

ficat enim *propr.* ταῖς χερσὶν προσεγγίζειν, manibus admovere.

Πατὴρ δέ τι λοιγὸν ἄμυνεν.] Indicat iſtud τι, prope admodum fuiſſe, ut interiret. Alii legunt, πατὴρ δ' ἔτι. CLARK.

v. 664.

Βαρύνω, gravo, premo. 2.) *h. l.* gravi dolore *ſeu* moleſtia adficio. a βαρὺς, εῖα, ὺ, gravis.

v. 665.

Ἐπιφράζομαι, noto, indico.

v. 666.

Ἐπιβαίη, incederet, (*vel* currum conſcenderet.)

v. 670.

Τλήμων, ονος, ὁ, ἡ, *h. l.* audax, fortis. a τλάω *vel* τλῆμι, perfero.

Μαίμησε δέ οἱ φίλον ἦτορ, commotum *vel* turbatum eſt ei ſuum cor. a μαιμάω. *v.* 661.

v. 672.

Ἐρίγδουπος, ου, ὁ, ἡ, valde ſonans, μεγαλόηχος διὰ τὰς βροντάς. ab ἐρι, *partic. augmentativa in compoſitione*; & δοῦπος, ſonitus: *pro* ἐρίδουπος; *interpoſito* γ, *metri gratia*.

v. 673.

Ἢ ὅγε τῶν] Vocabulum iſtud, ὅγε, quam non verſus gratia intruſum ſit, ſed ſingularem habeat elegantiam; vide ſupra ad Γ. 409. CLARK. *ipſe.*

Ἀπὸ — ἕλοιτο θυμὸν, animam *ſeu* vitam eriperet.

v. 674.

Μόρσιμος, ου, ὁ, ἡ, fatalis. μόρσιμον, fatale, in fato; πεπρωμένον, εἱμαρμένον. *Schol.* a μόρος, ου, ὁ, portio; fatum.

v. 676.

Τῷ ῥα] διὰ δή.

v. 679.

Κτάνε, interfeciſſet. pro ἔκτανε, v. κτείνω.

v. 680.

Ὀξὺ, *h. l.* ſtatim.

Νόησε, animadvertiſſet.

v. 682.

Δεῖμα φέρων, terrorem inferens. δεῖμα, ατος, τὸ, timor, metus; terror. a δείδω, timeo.

Χάρη,

Χάρη, gaviſus eſt. pro ἐχάρη. v. χαίρω.

v. 683.

Ὀλοφυδνὸς, ἡ, ὀν, lugubris, luctuoſus. ab ὀλοφύζω, lugeo, lamentor.

v. 685.

Ἐπάμυνον, auxiliare, fer opem.

Λίποι - αἰὼν, deſerat vita: *que je meure.*] Ce n'eſt pas la mort, qui fait peur à Sarpedon; cela ſeroit indigne d'un Heros & d'un Fils de Jupiter: mais la honte de tomber entre les mains des ennemis, & les indignitez, qu'ils auroient exercées ſur lui. DAC.

Αἰὼν, ῶνος, ὁ, ævum, æternitas, ſeculum. *h. l.* vita, tempus vitæ hominis.

v. 688.

Ἔμελλον (*v.* 686.) εὐφρανέειν, *Jon.* pro εὐφρανεῖν, fut. 1. infin. Eram oblectaturus. εὐφραίνω, exhilaro, oblecto.

v. 690.

Παρήϊσσω, prætereo. *h. l.* raptim me proripio, prætervolo.

v. 691.

Ὠθέω, ῶ, trudo, pello, repello.

v. 693.

Φηγὸς, ȣ̃, ἡ, fagus.

v. 694.

Θύραζε, *adv.* foras: extra, foris. a θύρα, ας, ἡ, janua, oſtium.

v. 696.

Κατὰ, *h. l.* circa.

Κέχυτ', offuſa eſt.

v. 697.

Ἀμπνύω, pro ἀναπνύω, *Jon.* a πνύω, reſpiro. hinc ἀμπνύνθη, recreatus eſt, ad ſe rediit. aor. 1. Paſſ. tanquam ex ἀναπνύνομαι, *vel* ἀνάπνυμαι.

v. 698.

Ζωγρέω, ῶ, vivum capio, a cæde captum conſervo. *h. l.* recreo, vivifico, in vitam revoco. ex ζωὸς, vivus, & ἀγρέω, capio.

Ἐπιπνείω, adſpiro, adflo.

Κεκαφηὼς, ότος, ὁ, ſpirans. Jon. pro κεκαφηκὼς, a priſco καφέω. quod ex κέκαφα, præt. verbi κάπτω, flo, ſpiro.

v. 699.

Χαλκοκορυστὴς, ȣ, ὁ, ære ſeu æreis armis armatus, armatus. ex χαλκὸς, & κορύσσω, armo.

v. 700.

Προτρέποντο, verſis tergis fugiebant.

v. 702.

Χάζονθ', pro χάζοντο, cedebant.

Ὡς, poſtquam.

Μετὰ Τρώεσσιν Ἄρηα, apud ſeu inter Trojanos Martem eſſe.

v. 703.

Ἔνθα τίνα πρῶτον] Homere interrompt tout à coup ſa narration par cette apoſtrophe, pour rendre ſon Lecteur plus attentif aux grands exploits d'Hector. DAC.

Πρῶτον, primum.

Ὕστατον, ultimum.

v. 704.

Παϊς, ιδος, *Poët.* pro παῖς, filius.

Χάλκεος Ἄρης.] ἤτοι, ἰσχυρὸς, ἢ πολύχαλκος, διὰ τὸν ὁπλισμόν. *Schol.*

v. 705.

Ἐπὶ, *h. l.* inſuper.

v. 707.

Αἰολομίτρης, ȣ, ὁ, qui mitram varie ornatam gerit, mitram variegatam habens. ab αἰόλος, η, ον, varius, variegatus; & μίτρα, ας, ἡ, & μίτρη, ης, ἡ, faſcia, qua caput obligatur, mitra, diadema.

v. 708.

Μέγα πλȣτοιο μεμηλὼς, admodum divitiarum ſtudioſus, valde divitiis intentus. a μέλει, curæ eſt.

v. 709.

Κεκλιμένος, circumdatus: vicinus. a κλίνω; *h. l.* claudo, circumdo.

v. 710.

Πίονα] εὐδαίμονα.

v. 711.

Τȣς δ'] *Hectorem & Martem.*

V. 712.

v. 712.

Ὀλέκοντας, interimentes. ab ὀλέκω.

v. 715.

Ἅλιον τὸν μῦθον ὑπέστημεν, vanum *hoc* promiſſum fecimus.

v. 718.

Μεδώμεθα θούριδος ἀλκῆς, cogitemus de ſtrenuo auxilio *ferendo.*

v. 720.

Ἐντύω, & ἐντύνω, paro, apparo, adorno, inſtruo. ab ἔντεα, τὰ, *per contract.* ἔντη, arma.

v. 721.

Πρέσβα, vetula, ſenex veneranda. *per Syncop.* pro πρέσβεια. a πρέσβυς, υος, ὁ, ſenex.

v. 722.

Θοῶς, *adv.* celeriter, velociter. a θοὸς, ἡ, ὀν, celer, velox.

Βάλε, poſuit.

Κύκλος, ου, ὁ, circus, orbis, circulus. *in plur.* κύκλοι & κύκλα, orbes rotarum, rotæ ipſæ.

v. 723.

Ὀκτάκνημος, ου, ὁ, ἡ, octo radios habens. ex ὀκτὼ, & κνήμη, ης, radius, tibia.

Ἄξων, ονος, ὁ, axis.

Σιδηρέῳ ἄξονι, ferreum ad axem.

v. 725.

Ἐπίσσωτρον, ου, τὸ, canthus, ferramentum illud curvum, quod ligno orbiculari rotæ affigitur, ne continua agitatione conteratur. ex ἐπὶ, & σῶτρον, illud lignum. quod a σώω, citato greſſu currere cogo.

Προσαρηρότα, adaptati. nom. plur. præt. part. Med. v. προσάρω, adapto.

Θαῦμα, τος, τὸ, admiratio. *item*, miraculum, res nova, viſuque mira. a θαυμάζω, miror, admiror.

v. 726.

Πλήμνη, ης, ἡ, modiolus rotæ, *i. e.* foramen, in quod axis caput immittitur, & circumvolvitur.

Ἀργύρου, ex argento. Εἰσὶ, erant.

Περίδρομος, ου, ὁ, ἡ, circumcurrens, circumcurſans. 2.) *h. l.* orbiculatus, rotundus, teres. a περιτρέχω.

Ἀμφοτέρωθεν, *adv.* utrinque. ab ἀμφότερος, uterque.

v. 727.

Ἱμὰς, ἄντος, ὁ, lorum, corrigia, funis.

v. 728.

Ἐντέταται, exporrecta erat.] Ut conſtet ſcilicet temporum ratio, cum *praecedente* & *ſequente* ἐστί. CLARK. v. ἐντείνω, intendo.

Δοιαὶ δὲ περίδρομοι ἄντυγές εἰσι] Vide ſupra ad *v.* 262. ERN.

v. 729.

Τοῦ δ' ἐξ, ex hac (ſella.)

Ῥυμὸς, οῦ, ὁ, temo currus. a ἐρύομαι, traho.

v. 730.

Ζυγὸς, οῦ, ὁ, jugum.

Ἐν — ἔβαλε, innexuit.

Λέπαδνον, ου, τὸ, *plur.* τὰ λέπαδνα, lora lata, quibus equi collum ad jugum religatur, antilena. a λέπω, decortico, delibro.

v. 734.

Κατέχευεν, defluere ſivit, diffudit.

Ἐπὶ, *h. l.* ſuper.

Οὖδος, εος, τὸ, ſolum, pavimentum.

v. 737.

Δακρυόεις, όεσσα, όεν, lacrimoſus, lacrimabundus. a δάκρυ, υος, τὸ, lacrima.

v. 738.

Βάλετο, poſuit.

Αἰγὶς, ίδος, ἡ, pellis caprina. *h. l.* munimentum pectoris, aegis. ab αἴξ, capra.

Θυσσανόεις, όεσσα, όεν, fimbriatus. a θύσσανοι, οἱ, fimbriae, limbi.

v. 739.

Ἐστεφάνωτο, circumdatus erat. a στεφανόω, ῶ, corono, corona cingo, circumdo, cingo. a στέφανος, ου, ὁ, corona.

v. 740.

Ἐν δ', in ea.

Κρυόεις, όεσσα, όεν, frigidus: horribilis, atrox. a κρύος, εος, τὸ, frigus, gelu.

v. 742.

Σμερδνὸς, ή, όν, adſpectu *ſeu* intuitu terribilis. a μέρδω, intueor.

v. 743.

v. 743.

Ἀμφίφαλος, ου, ὁ, ἡ, circumcirca ornatus clavis ſeu claveolis. ex ἀμφὶ & φάλος, ου, ὁ, conus galeæ.

Θέτο, impoſuit.

Τετραφάληρος, ου, ὁ, ἡ, quatuor conos ſeu eminentias habens. ex τέτρα, in compoſit. idem quod τέτταρα, quatuor; & φάληρα, τὰ, pro φάλαρα, phaleræ: ornamentum equorum, & equitum, & nobilium.

v. 744.

Ἑκατὸν πόλεων πρυλέεσσ' ἀραρυῖαν] Vel, quod τοσούτων πόλεων ὁπλίτας καλύπτειν καὶ σκέπειν ἠδύνατο. Vel, ὅτι ἑκατὸν πόλεων ὁπλίτας εἶχεν ἐντετυπωμένους ἑαυτῇ. *Euſtath.* CLARK. Quid ſi putemus Homerum non tam magnitudinem, quam firmitatem laudare voluiſſe, & verba ſic eſſe intelligenda; *adverſus centum urbium exercitus ſuffecturam*, nedum adverſus Trojanos, nulla vi humana lædendam aut comminuendam. ERN.

Πρυλέες, ων, οἱ, propugnatores. 2.) pedites. 3.) populi multitudo congregata.

v. 745.

Φλόγεος, έα, εον, flammeus. 2.) *h. l.* ſplendidus, fulgidus. a φλὸξ, φλογὸς, ἡ, flamma.

v. 746.

Βριθὺς, εῖα, ὺ, gravis. a βρίθω, gravis ſum.

Τῷ δάμνησι — qua domat — v. δάμνημι, domo, ſubigo: reprimo: occido.

v. 747.

Ὀβριμοπάτρης, ου, ὁ, ἡ, forti *vel* potenti patre genitus, *vel* natus. ex ὄβριμος, ου, ὁ, ἡ, fortis, validus; & πατήρ.

v. 748.

Ἐπιμαίομαι, *h. l.* urgeo, inſtigo, ex ἐπὶ & μαίομαι, *idem quod* μάω, cupio: quæro.

v. 749.

Μυκάω, & μυκάομαι, ῶμαι, mugio. 2.) de aliorum animalium voce & quocunque ſono graviori. μύκον, crepuerunt: apertæ ſunt. aor. 2. Act. *Jon.* augmenti detractione, pro ἐμυκον.

Ἀς

Ἀς ἔχον Ὧραι, *dont ſe ſoin eſt commis aux Heures*] Homere appelle ici *Heures* ce que nous appellons *les Saiſons*, & il dit fort bien que les portes du Ciel leur ſont confiées, parce que ce ſont les Saiſons qui ouvrent & ferment le Ciel, en chaſſant ou en approchant & amoncelant les nuages. DAC.

v. 750.

Τῇς ἐπιτέτραπται — quibus commiſſum eſt — v. ἐπιτρέπω, permitto, trado, committo.

v. 751.

Ἀνακλῖναι, *h. l.* aperire.) (ἐπιθεῖναι, claudere.

v. 752.

Τῇ ῥα — hac utique *via*, hic.

Κεντρηνεκὴς, έος, ὁ, ἡ, ſtimulis agitatus, ſtimulis agi ſolitus, ſtimulis parens. ex κέντρον, ȣ, τὸ, ſtimulus, & εἴκω, cedo: morem gero.

Ἔχον, dirigebant, impellebant.

v. 756.

Ὕπατος, άτη, ατον, ſummus, ſupremus. *pro* ὑπέρτατος ab ὑπὲρ, ſuper.

Ἐξήρετο, interrogavit. aor. 2. ind. (Libri nonnulli habent, ἐξείρετο. non male.) v. ἐξέρομαι, *vel* ἐξείρομαι, interrogo.

v. 757.

Οὐ νεμεσίζῃ Ἄρει τάδε καρτερὰ ἔργα; Annon ſuccenſes Marti *ob* hæc atrocia facta? Nonne te irritant hæc a Marte atrociter patrata?

v. 758.

Ὁσσάτιος, ȣ, ὁ, ἡ, quantus. ab ὅσσος, *idem.* pro ὅσος.

Ὁσσάτιόν τε καὶ οἷον ἀπώλεσε λαὸν Ἀχαιῶν;

Quodque tantum ac talem populum Achivorum perdiderit? In his verbis, ſi Grammaticæ legis ratio habeatur, hæc plenior erit oratio: Ὅτι τόσον καὶ τοῖον λαὸν ἀπώλεσεν, ὅσος καὶ οἷός ἐςι λαὸς Ἀχαιῶν.

v. 759.

Μὰψ, *h. l.* temere.

Ἕκηλος, ȣ, ὁ, ἡ, quietus, otioſus, ſecurus, nil turbarum movens, mitis, lenis, pacificus.

v. 761.

Ἀφρονα τοῦτον, ὃς οὔτινα οἶδε θέμιστα.] Quelle peinture du Dieu Mars! DAC.

Ἀνέντες, quum extimularint. aor. 2. part. Act. v. ἀνίημι, ſtimulo, extimulo, urgeo.

v. 762.

Ἦ ῥά τι; Numquid?

v. 763.

Λυγρῶς, *adv.* graviter, vehementer. a λυγρὸς, gravis, moleſtus.

Μάχης ἐξαποδίωμαι, pugna exegerim *ſeu* expellam. ἐξαποδίομαι, expello, abigo. ex ἐξ, & ἀποδίομαι, *idem quod ſimplex* δίω, expello.

v. 765.

Ἄγρει, *& in plur.* ἀγρεῖτε, *imperat.* age, agedum, ageſis, agite. ab ἀγρέω, venor: *a celeritate in venatione adhibita transfertur.*

Οἱ, adverſus ipſum.

Ἔπορσον, incita. aor. 1. imper. Act. *Æol.* pro ἔπορον, v. ἐπόρω, incito, concito adverſus —

v. 766.

Κακῇς ὀδύνῃσι πελάζειν, malis doloribus afficere, in graves dolores conjicere.

v. 770.

Ὅσσον δ' ἠεροειδὲς ἀνὴρ] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. Bl. 422. u. f.

Ἠεροειδὴς, έος, ὁ, ἡ, tenebroſus, obſcurus. τὸ ἠεροειδὲς, dicitur totum aëris ſpatium, quoad oculis proſpicere poſſumus. ex ἀὴρ, & εἴδω.

Ὅσσον δ' ἠεροειδὲς ἀνὴρ ἴδεν ὀφθαλμοῖσι,

Quantum late patentis aëris ſpatium oculis *aliquis perluſtrat.*

Ἀνὴρ, quemadmodum ἄνθρωπος, etiam ponitur pro τὶς, *aliquis*; quod tamen magis Poëticum eſt. HOOG. *ad* VIG. *Idiot. C. III. S. III. R. II.* (*N.* 85.)

Porro, Aoriſtum utrumque (frequentius tamen Aoriſtum primum,) aut præſentis ſæpe ſignificationem habet, aut per verbum *ſoleo* reddi debet, tam apud Oratores, quam apud Poëtas. Aoriſtum ſecundum hunc

fere

fere uſum obtinet, cum verbum hoc tempore vel omnino caret, vel in eo raro uſurpatur, vel denique in carmine. VIG. *C. V. S. III. R. XI.* & HOOG. (*N. 70.*)

v. 772.

Ἐπιθρώσκουσι, ſaltu conficiunt.

Ὑψηχὴς, έος, ὁ, ἡ, altiſonus, altum & clarum ſonum edens. ex ὕψος, & ἦχος, ſonus.

v. 773.

Ἷξον, pervenerunt. aor. 2. ind. v. ἵκω, venio, pervenio.

v. 774.

Συμβάλλω, *h. l.* coëo, conjungor, commiſceo.

v. 776.

Πουλὺς, *Poët.* addito υ, pro πολύς.

v. 777.

Ἀμβροσίην] τὴν τῶν θεῶν τροφήν. Ἡ, πόαν τινὰ νῦν, ἣν οἱ τῶν θεῶν ἵπποι ἐσθίουσι. *Schol.*

Ἀνατέλλω, oriri facio, exiſtere facio, produco, emitto. ex ἀνὰ & τέλλω, *inuſit.* jubeo quid fieri.

Νέμεσθαι, ad depaſcendum.. a νέμω, paſco. νέμομαι, paſcor, depaſcor.

v. 778.

Αἱ δὲ βάτην] Unusquisque (*la perſonne,*) ſive ſit Hominum, ſive Deorum, ſeu quicunque ſit, ſive mas, ſive fœmina, quoties *ad ſententiam* nihil intereſt, *quo* quis *ſexu* ſit, proprie effertur genere *maſculino.* Scilicet non ad *Sexum*, ſed (ut recte alicubi *Dionyſ. Halicarnaſſeus*) πρὸς τὸ πρόσωπον ἀποτείνεται ὁ λόγος. CLARK. add. FISCH. *Animadv. ad* WELL. *Gramm. p.* 299.

Τρήρων, ωνος, *h. l. Adject.* timidus, pavidus. Vid. B. 502.

Πέλεια, ας, & πελειὰς, άδος, ἡ, columbæ genus. 2.) columba. a πελὸς, ὴ, ὸν, niger: *ſic dicta, quod nigro ſunt colore.*

Ἴθμαθ' inceſſu. *pro* ἴθματι, *ob ſeq. aſpirat.* ab ἴθμα, ατος, τὸ, greſſus, paſſus, motus, inceſſus. ab ἴω, vado.

Πελειάσιν ἴθμαθ' ὁμοῖαι] Motum indicat æquum & placidum. CLARK.

v. 781.

Ἔσταν, ſtabant, ſteterunt. aor. 2. ind. Act. *Dor.* pro ἔστησαν, v. ἵστημι, ſto.

Ἐῖην

Εἶην Διομήδεος] Vide ſupra ad B. 658.

v. 782.

Ἐιλόμενοι, conferti. εἴλω, conglobo, in anguſtum cogo.

Λείων, pro λέων, Poët. leo.

Ὠμοφάγος, ου, ὁ, ἡ, cruda vorans, crudis cibis veſcens. ex ὠμὸς, crudus, & φάγω, edo.

v. 783.

Κάπρος, ου, ὁ, aper, verres.

v. 784.

Ἦϋσε θεὰ] Ducum indicat per totum exercitum ad commovendos milites cohortationem. CLARK. Στρατοκήρυξ, *exercitus præco*, qui imperatoris mandata alta voce proferebat, robuſtiſſimis pulmonibus vulgo pollebat: apud Hiſtoricos præ ceteris celebratur Homeri *Stentor*, *cujus* vox *h. l.* dicitur æque ſonora fuiſſe, ac quinquaginta hominum. POTT. *Tom. II. p.* 47.

v. 785.

Στέντορι εἰσαμένη] De *Stentoris* voce vide *Cl.* RICCII *Diſſert. Hom. Tom. I. Diſſert. XIX.*

Μεγαλήτορι] Vox μεγαλήτωρ non hic *fortem* aut *magnanimum* ſignificat; (nam, ut recte monet Scholiaſtes, οὐδὲν οὐδαμοῦ περὶ τούτου διεξῆλθεν ἔργον πεποιηκότος) ſed, ut *Euſtathius* explicat, χαλκέντερον: κατ' ἐκεῖνο, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη. CLARK. Igitur vertendum erat: *firmo pectore*, & alterum *ferrea voce*, ut habet *Virgilius*, aut *ſonora voce*, ut placet *Riccio*, quæ tamen eſt potius proſaica interpretatio formæ poëticæ. ERN.

Χαλκεόφωνος, ου, ὁ, ἡ, æream vocem habens, *i. e.* vel valde acutam, vel valde firmam. ex χάλκεος, æneus, & φωνὴ, vox.

v. 786.

Αὐδήσασχ' *pro* αὐδήσασκεν, vociferatus eſt. aor. 1. ind. Act. *Jon.* pro ηὔδησεν, v. αὐδάω, vocem edo, loquor.

v. 787.

Αἰδὼς, *Proh*, pudor.

Εἶδος ἀγητοὶ, forma *tantum* admirabiles.

Ἀγητὸς, ἡ, ὀν, admirandus, ſtuporem excitans. ab ἀγάω, admiror, cum ſtupore miror.

v. 788.

Ὄφρα μὲν ἐς πόλεμον — Ἀχιλλεὺς] Notandum hic, quanto cum artificio, ut Poëma ſit unum a capite ad calcem, nunquam non ſpectetur & inſeratur *Achilles*. CLARK.

Ὄφρα *h. l.* quamdiu.

v. 790.

Οἰχνέσκον, progrediebantur imperf. *Jon.* ab οἰχνέω, ῶ, abeo, prodeo, diſcedo, proficiſcor. ab οἴχομαι, *idem.*
Ἐςὶ, licet, fas eſt. *pro* ἔξεςι. *Sic etiam utitur* ἦν, licebat.

v. 266. 267.

Illorum, qui Diis ſuperis ſacra faciebant, integra corpora, vel ſaltem manus, ablui; e contra illos, qui Diis inferis ſacrificabant, minore luſtratione uſos fuiſſe, refert *Spondanus*. Aliquando pedes æque ac manus lavabant; hinc nata trita proverbia, ἀνίπτοις χερσὶν, & ἀνίπτοις ποσὶν, Latine *illotis manibus*, & *illotis pedibus*: quæ tribuuntur iis, qui incaute ac ſine debita cura quidquam ſuſcipiunt. Programma foribus inſcriptum fuiſſe, quo cuivis prohibitum erat ultra περιῤῥαντήριον progredi, niſi prius manibus aqua luſtrali ablutis, tradit *Porphyrius de Victim.* Imo illius ſacræ ceremoniæ neglectus pro tanto crimine habebatur, ut *Timarchides in Lib. de Coronis* quendam Aſterium referat, qui fulminis ictu occiſus eſt, quia manibus illotis aram Jovis adire auſus fuerat. Nec in ſolennibus ſacrificiis tantum, ſed & in quavis Deorum cultus minima parte, ſervabatur ille ritus; ipſemet Hector *h. l.* Jovi libare illotus non audet. Et in *Odyſſ.* Telemachus vota ſupplicia Diis facere non ſuſtinuiſſe dicitur, antequam

antequam manus laviſſet. Illum autem ritum ſervabant, quia peccata luſtratione purgari exiſtimabant Ethnici: nec non quidquam impurum ac pollutum ad Deos accedere nefas eſſe ſignificabant. Eandem ob cauſam ad tantam ſuperſtitionem pervenerunt, ut veſtimenta lavarent; quod a Penelope factum, antequam preces Diis funderet, ſcribit Homerus, quod, poſtquam corpus ſuum laviſſet, veſtes puras induit. *Odyſſ.* Δ. *v.* 759.

Ἡ δ' ὑδρηναμένη, καθαρὰ χροῒ εἵμαθ' ἑλοῦσα·
Ipſa vero lota puras corpori veſtes induit.

POTT. *Tom. I. p.* 243. *ſq.* add. LAKEM. *P. III. C. I.* §. *XXIII.*

v. 268.

Λύθρον, ου, τὸ, cruor, ſanguis pulvere mixtus.

Πεπαλαγμένος, fœdatus, inquinatus. a παλάσσω. E. *v.* 100.

Εὐχετάασθαι, *Poët.* pro εὐχετᾶσθαι. v. εὐχετάομαι, ῶμαι, vota facio, preces fundo, precor, ſupplico. ab εὐχέτης, ου, ὁ, ſupplex, vota faciens.

v. 267. 268.

Nemini poſt victoriam adeptam in hoſtem, quem jure belli adortus fuerat, ſacrificia aut vota Diis facere, antequam purgatus foret, fas erat: quapropter Hector addit: — οὐδέ πῃ ἔστι κ. τ. λ. POTT. *Tom.* I. *p.* 246. LAKEM. *P. III. C. III.* §. *III.* FEITH. *L. I. C. VI.* §. *III.* multosque alios.

v. 270.

Θύος, εος, τὸ, victima, hoſtia, ſacrificium. *h. l.* ſuffimentum. a θύω, ſacrifico.

Suffitibus etiam magnam in Diis placandis vim Græci tribuebant. Unde cum libationibus ac precibus eos Hom. conjungit *Iliad. IX. v.* 495. *Heſiodus* quoque in Ἔργοις jubet agricolas oriente ac occidente die illos

Σπονδῇσι θυέεσσί τε ἱλάσκεσθαι·
Libamentis & ſuffimentis placare.

In hanc ſententiam Hector *h. l.* matri ſuæ auctor eſt, ut in templum Minervæ concedat ad vota ſuſcipienda cum ſuffimentis. A quo ritu templa ac altaria Homero θυώδεα

καὶ θυμήεντα, *odorata* dicta. FEITH. *L. I. C. VIII.* §. *III.* add. LAKEM. *P. III. C. I.* §. *XIV.* PFEIFF. *Antiq. Gr. Lib. I. Cap. VIII.* alioſque.

Ἀολλίζω, congrego, confertos reddo. ab ἀολλὴς, ἑος, ὁ, ἡ, confertus, congregatus.

v. 273.

Θὲς, pone. aor. 2. imper. Act. pro θέτι, v. τίθημι, pono.

v. 269. —

Quæ Diis homines *viciſſim dabant*, in univerſum erant aut *ſacrificia*, aut *donaria*. Utrumque conjungit Hector *h. l.* cum jubet Troades *offerre Minervæ peplum*, & *ſimul duodecim boves*. Similiter Ægyſthus pro initi conjugii felicitate *multas adolevit coxas*, *multaque donaria appendit*. *Odyſſ. III. v.* 273. *ſq.* *Plato in Alcib. II.* loquens de officio Diis præſtando, copulat in hanc rem θυσίας καὶ ἀναθήματα, *ſacrificia* & *donaria*, uti ſub finem *libri de Votis*, δῶρα καὶ θυσίας, *dona* & *ſacrificia*. Reſtringens utique δῶρα ad ea, quæ ornatus gratia in templis donabantur. FEITH. *L. I. C. VIII.* §. *I.*

v. 280.

Μετέρχομαι, *h. l.* adeo.

v. 281.

Ὥς κεν οἱ αὖθι — Utinam ei illic —

v. 283.

Τοῖό τε, ejusque.

v. 285.

Φαίην κεν] Non vacat iſtud κεν· *Exiſtimarim equidem*; *Crediderim utique.* CLARK. præf. vel aor. 2. opt. v. φημί. Φρέν' animum *meum.*

Ἄτερπος, ε, ὁ, ἡ, ingratus, injucundus, minime delectans. ex α priv. & τέρπω, delecto.

Ὀϊζὺς, ύος, ἡ, ærumna, miſeria, calamitas.

Ἐκλελαθέσθαι, obliturum. pro ἐκλαθέσθαι, aor. 2. infin. Med. v. ἐκλανθάνομαι, obliviſcor.

v. 286.

Μολοῦσα, profecta. aor. 2. part. v. μολέω, venio, advenio, eo, vado, proficiſcor.

Ἀμφιπόλοισι] Quod Regibus ſunt *præcones*, id ſunt Reginæ

ginæ Hecubæ *ancillæ*, quæ matronas undique in urbe convocant. SPOND.

v. 287.

Κέκλετο, mandata dedit. v. *κέκλομαι*, jubeo, hortor. a *κέλομαι*, *ſeu καλέω.*

v. 288.

Ἐς *θάλαμον κατεβήσατο κηώεντα*] Les Reines, & les Princeſſes avoient des cabinets de cedre & d'yvoire & tout parfumez, où elles tenoient leurs habits & leurs meubles precieux. Dans l'épithalame de Salomon, le Prophete dit à ce Prince: *Myrrha & ſtacte & caſia a veſtimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te filiæ Regum in honore tuo.* Pſ. XLV. DAC. Vid. etiam RICCII *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 261. *ſq.*

v. 289.

Παμποίκιλος, ου, ὁ, ἡ, varius, omnigeno artificio varius, varie pictus. ex *πᾶς* & *ποικίλος, η, ον*, varius.

v. 290.

Θεοειδὴς] Non ad *virtutes*, ſed ad *formam.* CLARK.

v. 291.

Σιδονίηθεν, a Sidone.] Hac de re vide *Herodotum*, *Lib. II.* §. 116. ubi hos verſus recitat. IDEM. Tota hiſtoria legitur apud *Dictym Cretenſem*, *Lib. I. Cap. IV. & V.* (Edit. 1702. Amſtel. 4.)

Ἐπιπλὼς, navigans, ſupernavigans, navigando permenſus. aor. 1. part. Act. *per Sync.* pro *ἐπιπλώσας*, v. *ἐπιπλώω*, navigo, innavigo. *Alii* ab *ἐπιπλῶμι putant factum.*

v. 292.

Τὴν ὁδὸν, (*ſubintell. κατὰ*) ἣν — Ea via, qua —

Εὐπατέρεια, ας, ἡ, magno *ſeu* claro patre nata, generoſa. *quaſi* ab *εὐπάτηρ*, *vel εὐπάτωρ, ορος, ὁ*, bono patre natus.

v. 293.

Ἀειραμένη φέρε, accipiens tulit.

Dii nihil gratis dare putabantur, aut facere. Quam gentis ſuæ opinionem ſcite exprimit ille ſacrorum irriſor *Lucianus*, cum, Οὐδὲν, aït, *ἀμισθὶ ποιοῦσιν, ὧν ποιοῦσιν· ἀλλὰ πωλοῦσι τοῖς ἀνθρώποις τ' ἀγαθὰ, καὶ ἔνεςι πρίασθαι παρ' αὐτῶν, τὸ μὲν ὑγιαίνειν, εἰ τύχοι, βοΐδιν, τὸ δὲ πλουτεῖν,*

βοῶν

βοῶν τεττάρων, τὰ δὲ βασιλεύειν, ἑκατόμβης, τὸ δὲ σῶον ἐπανελθεῖν ἐξ Ἰλίου ἐς Πύλον, ταύρων ἐννέα, καὶ τὸ ἐκ τῆς Αὐλίδος ἐς Ἴλιον διαπλεῦσαι, παρθένου βασιλικῆς. Ἡ μὲν γὰρ Ἑκάβη τὸ μὴ ἁλῶναι τότε τὴν πόλιν ἐπρίατο παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς βοῶν δώδεκα, καὶ πέπλου· *Dii nihil gratis faciunt, quicquid illi faciunt; ſed bona vendunt hominibus; & ab illis emenda ſanitas, forte bucula; divitiæ, bobus quatuor; regnum hecatomba; incolumis a Troja ad Pylum reditus, novem tauris; & ex Aulide in Ilium navigandi facultas, regia puella. Nam Hecuba quidem, ne tunc urbs caperetur, a Minerva bobus duodecim mercata erat, & peplo. de Sacrific.*

v. 294.

Ποίκιλμα, ατος, τὸ, varius, *vel* verſicolor ornatus, variegatio. a ποικίλλω, variego, varie diſtinguo.

v. 295.

Ἀπολάμπω, emico, effulgeo, reſplendeo.

v. 296.

Μεταστεύεσθαι, propere ſequi.

v. 297.—

Solenniter oraturi ad Templa ſe recipiebant: quod qui facerent, dicebantur προσιέναι Θεοῖς, vel πρὸς τοὺς Θεοὺς, πρόσοδον ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς Θεοὺς, προσφεύγειν Θεοῖς, *adire Deos, ad Deos confugere.* Nempe in fanis, propter ſigna illic conſtituta, magis præſentes credebantur Dii, precesque exaudire facilius, quam alibi. Ad quam conſuetudinem opinionemque reſpiciens *Heſychius*, Ναός, inquit, οἶκος, ἔνθα Θεὸς προσκυνεῖται· *Templum domus eſt, ubi Deus adoratur.* Hinc mulieres Trojanæ Palladem, ut afflictis Trojanorum rebus ſuccurreret, exoraturæ, ad templum ejus, in ſumma arce, ſolenni pompa ſeſe conferunt, peplum ſecum afferentes pretioſum, ut dono aliquo favorem Deæ ſibi conciliarent. Imitari eas voluiſſe mulieres videntur Romanæ, quæ, quum a portis urbis prope abeſſet Hannibal, περιπορευόμεναι τοὺς ναοὺς, ἱκέτευον τοὺς Θεοὺς, πλύνουσαι ταῖς κόμαις τὰ τῶν ἱερῶν ἐδάφη, *templa obeuntes, ſupplicarunt Diis, ædiumque ſacrarum pavimenta crinibus paſſis mundarunt.* Is namque illis mos erat a Græcis, ut videtur, adſcitus, quoties in aliquo inſigniore & graviore periculo patria verſaretur,

 teſtante

teſtante *Polybio*, *Hiſt. Lib. IX. Cap. 6.* LAKEM. *P. III. C. II. §. IX.* add. FEITH. *L. I. C. VII. §. VII. & VIII.*

v. 298.

Ὤϊξε, aperuit. v. οἴγω.

v. 300.

Ἔθηκαν, *h. l.* fecerant.

Ἱέρεια, ας, ἡ, ſacerdos, *femina.* ab ἱερεύς, έως, ὁ, ſacerdos.

v. 298. — 300.

Quamvis ſacerdotes ad ſeveram caſtitatem ac temperantiam obſtricti forent, plurimique ex illis auſteritati hujusmodi ſtuderent, nihilominus uxorem ducere iis ſæpenumero licitum erat. Imo *Euſtathius* refert, ſacerdotum cœlibatum recentioribus ſeculis inſtitutum fuiſſe: ad cujus rei confirmationem Homerus nobis *h. l.* ſuppeditat exemplum Theano, Minervæ ſacerdotis, & Antenoris Trojani uxoris. Atque Chryſes filiam habuit Chryſeidem, *Il.* Α. & Dares, Vulcani apud Trojanos antiſtes, duos filios. *Il.* Ε. POTT. *Tom. I. p.* 225. Conf. etiam FEITH. *L. I. C. V. §. III. & IV.*

v. 301.

Ὀλολυγή, ῆς, ἡ, τῶν γυναικῶν εὐχὴ, *Euſtath.* vel φωνὴ γυναικῶν, ἣν ποιοῦνται ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐχόμεναι, vox mulierum, quam orantes edunt in templis; *vel ſimpliciter*, ejulatus, clamor cum lamentatione. ab ὀλολύζω, cum clamore ploro, exclamo, ululo.

v. 305.

Ἐρυσίπτολις, ιος, ὁ, ἡ, cuſtos urbis. ex ἐρύω, cuſtodio: & πτόλις, *Poët.* pro πόλις.

Omnium *urbium curam* generatim *ad Minervam pertinere* cenſebant; unde ἐρυσίπτολις, *cuſtos urbium*, Homero dicta paſſim: & *h. l.* a Trojanis obſeſſis hoc nomine invocata; ubi *Euſtathius* φύλακα πόλεων, *ſervatricem urbium* interpretatur. Idem munus tributum *Jovi*, qui πολιεὺς, *urbium tutor*, inde dictus apud *Ariſtotelem de Mundo*, *Cap. VII.* & ara Διὸς πολιέως, *Jovis urbium præſidis*, celebrata a *Pauſania in Atticis.* FEITH. *L. I. C. II. §. III.*

Ut varii ſunt communis vitæ uſus, ita quoque *varia* fuerunt *preces*, variisque factæ Diis, prout ſingulorum officia

officia diſtinguebant. Trojani *h. l.* de civitate ſua periclitantes Minervam ἐρυσίπτολιν, *urbium cuſtodem*, invocant. Proci Penelopes in arcus certamine Apollinem. *Odyſſ.* XXI. *v.* 364. Navigantes Neptunum ac Caſtorem, *in Hymno*, *v.* 7. Alii alios, quos peculiari religione venerabantur, ut Minervam Ulyſſes. *Iliad* X. *v.* 277. Omnes communiter & perſæpe Jovem, e cujus gemino dolio bona malaque omnia cenſebant depromi. *Iliad.* XXIV. *v.* 527. IDEM. *L. I. C. VII.* §. *I.*

v. 306.

Ἆξον δὴ, *frange*, *quæſumus.* V. ἄγνυμι, ύω, frango.

v. 307.

Προπάροιθε, *vel* θεν, ante.

v. 308.—310.

Vota, εὐχαὶ, promiſſiones erant, quibus munera, e. g. victimas, donaria in templis ſuſpendenda aut reponenda, Diis ſeſe daturos pollicebantur homines, ut eo facilius id, quod peteretur, impetrarent. Nam Deos quidem nihil gratis dare aut facere, muneribusque moveri maxime, communis fere erat Græcorum opinio, quam ſupra jam commemoravimus. Concipiebantur autem Vota ab iis potiſſimum, qui rem aliquam magnam, & periculi plenam, volebant aggredi, vel in calamitatem aut diſcrimen adducti jam erant grave. Quod *Plinio* etiam obſervatum, qui *Tum*, inquit, *præcipuus votorum locus eſt, cum ſpei nullus eſt.* Matronæ Trojanæ *h. l.* urbi ſuæ metuentes, hoc Minervæ fecerunt votum: Ὄφρα τοι κ. τ. λ. LAKEM. *P. III. C. II.* §. *XI.* Vid. etiam ad Z. *v.* 90.

v. 311.

Ἀνανεύω, renuo, abnuo, denego.) (ἐπινεύω, annuo. ex ἀνὰ & νεύω, nuo.

v. 313.

Βεβήκει, ivit.

v. 314.

Ἔτευξε] Ita *Euſtathius*, & Veteres nonnulli. *Stephanus* & Recentiores, ἔτευχε. Minus recte, ut opinor. Non enim *ædificari* haſce ædes ait Poëta, ſed *ædificatas eſſe*. Neque deinceps, *v.* 316. οἵ οἱ ἐποίουν, dixit; ſed, οἵ οἱ ἐποίησαν θάλαμον. CLARK.

V. 316.

Αὐλὴ, *h. l.* atrium, aula.

V. 317.

Ἐγγύθι, *adv.* prope. ἐγγύθι Πρι. prope *ades* Pri.

V. 319.

Ἑνδεκάπηχυς, εως, ὁ, ἡ, qui eſt undecim cubitorum. ex ἕνδεκα, & πῆχυς, εως, ὁ, cubitus.

V. 320.

Πόρκης, ου, ὁ, annulus, quo ferrum haſtæ cum ligno coërcetur, *ſive* quo cuſpis haſtæ cum haſtili vincitur.

V. 321.

Ἕπω, curo, tracto, operor.

V. 322.

Ἀφάω, ῶ, tango, tracto, contrecto, palpo. ἀφόωντα, *Poët.* pro ἀφῶντα. ex ἀφὴ, ῆς, tactus. quod ab ἅπτομαι, tango.

V. 323.

Μετὰ *h. l.* inter.

Δμωὴ, ῆς, ἡ, ſerva, ancilla, famula. a δμῶς, ωὸς, ὁ, ſervus. quod a δαμάω, domo, ſubjicio: *quaſi* domitus ſervitute.

Μετ' ἄρα δμωῇσι] Similiter *v.* 318. ἐν δ' ἄρα χειρί. Neque omnino in his locis ſupervacuum eſt iſtud ἄρα. Nam eam fere vim habet, ac ſi latine dixeris: *ut par erat*, vel, *ut ſolita erat*. CLARK.

V. 326.

Καλὰ, *h. l.* opportune: decore.

Ἔνθεο, concepiſti. aor. 2. ind. Med. *Jon.* pro ἐνέθου. v. ἐντίθημι, concipio, impono, repono. Vid. Δ. *v.* 410.

V. 327.

Φθινύθω, *h. l.* pereo.

V. 329.

Ἀμφιδέδηε, circum — ardet. præt. Med. v. ἀμφιδαίω, circum — ardeo: circum — accendo. ex ἀμφὶ & δαίω, uro.

Μαχέσαιο — ἄλλῳ, objurgares — alium, contenderes — cum alio.

V. 330.

Μεθιέντα, *ſeq. Genit.* detrectantem, *ſeq. Accuſ. Vel,* ceſſantem ab —

Στυγερῆς,

Στυγερὸς, ρὰ, ρὸν, *h. l.* terribilis, horribilis, horrendus, triſtis, gravis.

v. 331.

Ἄνα, ſurge. pro ἀνάστηθι. Vid. Γ. 268. nec non FISCH. *Animadv. p.* 108.

Μὴ τάχα, ne forte.

Πυρὸς δηΐοιο θέρηται, igni ardente deflagret.

Θέρω, calefacio. *Paſſ.* calefio. *h. l.* comburor.

v. 334.

Σύνθεο, *h. l.* animum adverte. Vid. Α. 76.

v. 335.

Τρώων χόλῳ, in Trojanos ira. Τόσσον, tam.

Νέμεσσις, εως, ἡ, indignatio. pro νέμεσις, σ geminatur *Poëtice.* a νεμεσάω, ῶ, indignor, iraſcor.

v. 336.

Προτετράπεσθαι, locum dare. aor. 2. infin. Med. v. προτρέπω, *uſitatius* προτρέπομαι, hortor, adhortor. *h. l.* cedo, locum do.

v. 338.

Ὥρμησ' ἐς πόλεμον, impulit ad bellum.

v. 339.

Ἐπαμείβω, *vel* ομαι, alterno, alternatim quid facio. *ut h. l. Aliquando*, permuto.

Νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας· Victoria utique alternis vicibus accedit ad homines, *vel* hominibus.

v. 340.

Ἐπιμένω, permaneo, perſevero. *h. l.* exſpecto.

Δύω, *donec* induero.

v. 341.

Ἴθι, i, præſ. præſ. imper. v. εἶμι, vado, eo.

Μέτειμι, ſequar, poſt ibo.

v. 344.

Κυνὸς κακομηχάνου] Pulchre admodum, & ad perſonam convenientiſſime, hæc & hujusmodi ſemper de ſemetipſa *Helena.* CLARK.

Κακομήχανος, ου, ὁ, ἡ, malorum excogitator, malorum machinator *vel* auctor. ex κακὸς & μηχανή, ῆς, artificium; machinatio, conſilium.

Ὀκρυόεις, εσσα, εν, *idem quod* ὀκριόεις. Δ. 518.

Δάερ ἐμεῖο, κυνὸς κακομηχάνε, ὀκρυοέσσης, Levir mei; impudentiſſimæ malorum autoris, averſandæ.

v. 345.

Ὡς ὄφελε, Utinam.

v. 346.

Οἴχεσθαι προφέρεσα, abiiſſet aſportans, abreptam tuliſſet.

Προφέρω, *h. l.* profero, aſporto.

Θύελλα, ης, ἡ, procella, turbo.

v. 348.

Ἀπόερσε, obrutam perdidiſſet. v. ἀποέῤῥω, perdo, corrumpo abreptum. ex ἀπὸ & ἔῤῥω, pereo, intereo.

Πάρος τάδε ἔργα γενέσθαι· antequam hæc facinora patrata forent, priusquam hæ res acciderent.

v. 349.

Τεκμαίρομαι, *h. l.* ſtatuo, decerno, deſtino. a τέκμαρ, τὸ, finis, exitus rei: ſignum, oſtentum.

v. 350.

Ἀμείνων, *h. l.* fortior.

Ἄκοιτις, ιδος, ἡ, uxor, marita. ab ἀκοίτης, ε, ὁ, unum & idem cubile habens, maritus.

v. 351.

Ὅς ῥ' ἤδη νέμεσίν τε] *Qui utique intelligeret* &c. Ubi notandum, quam non ſupervacanea ſit iſta particula ῥά. Arguit nimirum *Parin* Helena, quod res dijudicare ac diſtinguere neſciret, nec exiſtimationi ac famæ ſuæ conſuleret; nec intelligeret, quam amice quantaque cum arte *Hector* reprehenſionis ſeveritatem condimentis humanitatis mitigaſſet, idque χόλον leniter appellaſſet, quod fuerat revera ἀπόδειξις & δειλία. CLARK.

v. 352.

Φρένες ἔμπεδοι, mens *eſt* conſtans.

Ὀπίσσω, *h. l.* in futurum, in poſterum.

v. 353.

Τῷ, *h. l.* idcirco.

Ἐπαυρήσεσθαι, *ſua ſtultitia* fruiturum. Vid. ad A. 410.

v. 355.

Σὲ φρένας, pro σῦ, *aut potius* σὲ κατὰ φρένας.

Ἀμφιβέβηκεν] *Jam* tenet, *jam* occupat. Vide ſupra ad A. 37.

v. 356.

v. 356.

, ης, ἡ, *h. l.* noxa : injuria.

v. 357.

ος, ȣ, ὁ, portio. *h. l.* ſors. a μείρω, partior

v. 358.

ιμος, ȣ, ὁ, ἡ, celebratus carminibus, decantatus. in malam partem, *ut h. l.* quam in bonam. ab ῆς, ἡ, cantus : carmen : fama.

v. 360.

ίζω, ſedere facio *ſeu* jubeo, colloco.

v. 362.

όντος, abſentis. v. ἄπειμι, abſum.

v. 363.

ιγέσθω, feſtinet, acceleret, properet. v. ἐπείγω.

v. 364.

ιμάρπτω, comprehendo, manu corripio : *aſſequor.* λὰ & μάρπτω, capio, corripio.

v. 367.

ίτροπος, ȣ, ὁ, ἡ, rediens, reverſus, redux. ex ὑπὸ πω.

v. 373.

ιςήκει, ſtabat. pluſq. perf. ind. Act. *Poët.* pro ἐφεςή-. ἐφίςημι, ſto, inſto.

ω, ῶ. gemo, deploro, defleo.

ρομαι, fleo, ploro, lamentor.

v. 374.

ον, intus. *ab* ἐν, in.

v. 375.

δὸς, ȣ, ὁ, limen, lapis ſeu lignum in ima januæ, qua in ædes intratur. ab ὁδός.

v. 376.

ʼ ἄγε μοι, δμωαὶ, Eja agite; mihi, ancillæ,] Noim, nihilo minus eleganter dici, ἄγε, quam ἄγετε. ipud *Ariſtophanem*, Ἄγε δὴ φύσιν ἄνδρες. Av. 686.), particulæ ἐι vis hujuſmodi eſt : *Siquidem exiit*, *Quoniam exiit Andromache*, &c. CLARK.

v. 377.

ῃ *h. l.* Quo?

v. 378.

Ἠή πη; An aliquo?

Ἐς γαλόων, ἢ εἰνατέρων, *ſcil.* οἶκον, ædes.

Εἰνάτηρ, ερος, ἡ, fratria, uxor fratris. Εἰνάτερες καλῦνται αἱ τῶν ἀδελφῶν γυναῖκες πρὸς ἀλλήλας, ut Helena & Andromache.

v. 379.

Ἐς Ἀθηναίης, ad Minervæ *templum.*

Ἐξοίχομαι, exeo, egredior. Ἔνθα περ, ubi.

v. 380.

Ἐυπλόκαμος, ου, ὁ, ἡ, pulcros cincinnos & cirros habens, crinitus, cincinnatus. ex εὖ & πλόκαμος, ου, ὁ, crines plexi & intorti, cincinni.

v. 381.

Ταμία, ας, *Jon.* η, ης, ἡ, proma, œconoma, diſpenſatrix. a ταμίας, ου, ὁ, promus condus, diſpenſator eorum, quæ condenda & promenda ſunt.

v. 387.

Μέγα κράτος — potentem impetum —, magnam victoriam —

v. 388.

Ἀφικάνω, advenio, pervenio: *contendo.*

v. 390.

Ἀπέσσυτο δώματος, concitus exiit domo.

v. 391.

Τὴν αὐτὴν ὁδὸν αὖτις, Eadem via retro.

Ἀγυιὰ, ᾶς, ἡ, platea.

v. 392.

Εὖτε πύλας ἵκανε] Oratio *aſyndetos* feſtinantem & concitatum pulchre depingit. CLARK.

v. 393.

Ἔμελλε διεξίμεναι, erat egreſſurus, erat ei egrediendum.

v. 394.

Ἔνθ' ἄλοχος, — ἅμα δ' ἀμφίπολος — Παῖδ' ἐπὶ κόλπῳ ἔχουσ'] Pulchrius, & majore cum affectu, *de improviſo interveniens* narratur conjux, quam ſi *domi* eam inveniſſet. CLARK.

Πολύδωρος, ου, ὁ, ἡ, multa donans. *h. l.* qui ingentem dotem attulit. ex πολὺς & δῶρον, donum.

Ut

Ut ſponſus ἕδνα, *munera ſponſalia* dabat ſponſæ, ita viciſſim illa huic afferebat a parentibus προῖκα, *dotem*. Ejus nomine Andromacha *h. l.* dicta πολύδωρος, *bene dotata*, quod magnam attulerit Hectori dotem. Hecuba quoque ait, patrem multa dediſſe. *Iliad. XXII. v.* 51. Sic Alcinous optat Ulyſſem ſibi generum, & ſpondet, *ſe daturum domum ac poſſeſſiones. Odyſſ. VII. v.* 314. Agamemnon vero etiam Achilli pollicetur filiam ampliſſimé dotatam. *Iliad. IX. v.* 147. *ſq.* FEITH. *L. II. C. XIII.* §. *IV.*

v. 396.

Ὑλήεις, ήεσσα, ῆεν, nemoroſus, ſilvoſus, arboribus denſus & opacus. ex ὕλη, ης, ἡ, ſilva.

v. 398.

Ἔχεθ' *pro* εἴχετο, nupſerat: ἐγαμεῖτο.

v. 399.

Ἀντάω, ῶ, obvius fio, occurro.

Κίεν αὐτῇ, ibat *cum* ipſa.

v. 400.

Ἀταλάφρων, ονος, ὁ, ἡ, puerilia ſapiens, tener, tenellus, impotens. ex ἀταλὸς, ἡ, ὸν, tener, puerilis; & φρὴν, mens.

v. 401.

Ἀγαπητὸν] MS. Lipſ. Scholia interpretantur μονογενῆ, ut Pſeudodidymus. ſic in *Luciani* Cataplo c. 10. Cel. *Geſnerus* παῖδα ἀγαπητὸν recte vertit *filium unicum.* quo ſenſu eſt etiam in ſacris libris, ut Matth. III. 17. conf. XVII. 5. coll. Joh. I. 14. & ep. LXX. Gen. XXII. 3. ERN.

Ἀλίγκιος, ου, ὁ, ſimilis.

v. 402.

Καλέεσκε, vocabat. imperf. ind. Act. *Jon.* pro ἐκάλεε, *contr.* ἐκάλει.

v. 399.—403.

Parentum facta frequenter indicabantur ex liberorum nominibus, ut annotat *Euſtathius* ad *Iliad.* I. Sic Cleopatra, vel potius Marpiſſa, (ab *Euſtathio* enim hac in re diſſentit *vetus* Homeri *Scholiaſtes*) appellata fuit *Halcione*, quia, quando ab Apolline rapta fuit, ejus mater non minore dolore affecta eſt, quam halcyon ſolet ob amiſſos pullos, teſte Homero *Il.* I. *v.* 557. — Sic Hecto-

ris

ris filio Scamandrio nomen *Aſtyanax* a Trojanis additum fuit, quia ipſius pater erat τῦ ἄςεος ἄναξ, *urbis Trojæ defenſor*; nam primigenio ſignificatu ἄναξ nihil aliud eſt quam *ſervator* aut *defenſor*: hinc Dii vulgo dicti ſunt Ἄνακτες; quemadmodum refert Homerus *h. l.* POTT. *Tom. II. p.* 273.

v. 404.

Ἤτοι ὁ μὲν μείδησεν ἰδὼν] Je ne croi pas qu'on puiſſe voir rien de plus tendre, de plus beau, & de mieux peint, que ce tableau de l'adieu d'Hector & d'Andromaque. Quel grand nombre de beautez differentes cette courſe d'Hector dans Ilion n'a-t-elle pas fourni à Homere! DAC.

v. 405.

Ἄγχι, *adv.* prope, juxta.

v. 407.

Δαιμόνιε] Vide ſupra ad Β. *v.* 190.

v. 408.

Ἄμμορος, ε, ὁ, ἡ, expers, non particeps. 2.) *h. l.* infelix, infortunatus, calamitoſus, ex α priv. & μόρος, portio; *plerumque* fatalis portio, fatum. Geminatur μ. *Poët.*

v. 409.

Κατακτανέεσιν, interficient. *Jon. Dialyſi* pro κτανῦσιν, fut. 2. κτανῶ: v. κατακτείνω.

v. 410.

Πάντες ἐφορμηθέντες] Neminem *unum* ſcilicet, præter *Achillem*, timuit, ne *Andromache* quidem, ne *Hectorem* interficeret. CLARK.

v. 411.

Ἀφαμαρτάνω, aberro. 2.) *h. l.* privor, orbatus ſum. ex ἀπὸ & ἁμαρτάνω, pecco.

Χθόνα δύμεναι] ἀποθανεῖν.

v. 412.

Θαλπωρὴ, ῆς, ἡ, fomentum. 2.) *h. l.* ſolamen, ſolatium, ſpes. a θάλπω, foveo, calefacio.

Ἐπεὶ ἂν σύγε πότμον ἐπίσπῃς, poſtquam tu mortem obieris. Vid. ad Β. 359.

v. 414.

Ἀμὸς, *Dor.* pro ἐμὸς, *vel potius* ἡμέτερος.

v. 416.

v. 416.

Ὑψίπυλος, ὁ, ἡ, altas portas habens. 2.) altus, exelſus. ex ὕψι, *adv.* alte, & πύλη, porta.

v. 418.

Ἀλλ' ἄρα μιν] Non ſupervacaneum eſt iſtud ἄρα. Eam enim fere vim habet, ac ſi latine dicas: *Sed eum utique;* vel, *ut par erat;* vel, *pro ea, quæ ipſi fuit, religione,* &c. CLARK.

Κατέκηε, combuſſit. aor. 1. ind. Act. v. κατακαίω, exuro, comburo.

v. 419.

Σῆμα, *h. l.* tumulus, buſtum, ſepulcrum, monumentum.

Ἐπὶ σῆμ' ἔχεεν, tumulum aggeſta terra ſuper *eum* fecit.

Πτελέα, ας, ἡ, ulmus: εἶδος δένδρυ.

Φυτεύω, planto.

v. 414. — 419.

Vita in prælio defuncti olim pretio plerumque redemti fuerunt; aliâs illorum cadavera in campo jacere inſepulta ſinebantur. Vid. ad A. 3 - 5. Sed vulgarior erat iſte mos antiquioribus ſeculis: nam ab ipſo Achille celebratur funus Eetionis, Thebarum Ciliciæ Regis, & Andromaches patris, quam Poëta ſic loquentem *h. l.* inducit: Ἤτοι γὰρ πατέρ' ἁμὸν κ. τ. λ. Iterum Agamemnon Trojanis veniam dat ſuis confoſſis exequias perſolvendi, & juramento obligatur, ſe nullo modo illos impediturum. *Iliad.* H. *v.* 408. POTT. *T. II. p.* 84.

Arma quoque *in rogum conjecta;* quomodo Achilles Thebarum regem Eetionem a ſe bello interfectum *combuſſit cum armis artificioſe fabricatis.* Et Elpenor petit ab Ulyſſe, ut ſe cum armis comburat. *Odyſſ. XI. v.* 74. Sic apud *Virgilium* in funere Miſeni, *Æneid. VI. v.* 217.

— *Decorantque ſuper fulgentibus armis.*

Omninoque *res quævis in vita cara* ſimul cum mortuo *cremabantur.* Inde quatuor equi ab Achille in rogum Patrocli immiſi, canes etiam duo τραπεζῆες, *menſarii.* FEITH. *L. I. C. XIV. §. IV.*

v. 420.

Ὀρεστιάδες] αἱ ἐν τοῖς ὄρεσι διατρίβουσαι. Schol.

V. 422.

Ἴος, ἴα, ἴον, ſolus, unus.

V. 424.

Ἐπὶ, *h. l.* inter.

Εἰλίπους, οδος, ὁ, ἡ, flexipes, curvos pedes habens, vertens & curvans pedes eundo. ab εἰλίσσω, & πῦς. Boves dicuntur εἰλίποδες, quia εἰλίσσουσι τοὺς πόδας κατὰ τὴν πορείαν.

V. 427.

Reddebant etiam *ſuis numerato redemtionis pretio*; uti *h. l.* Achilles uxorem Eetionis:

— Ἀπέλυσε, λαβὼν ἀπερείσι' ἄποινα,

— *Dimiſit liberatam, accepto infinito liberationis pretio.* Item *Il.* X. *v.* 378. Idem de Chryſeïde filia contendit Chryſes. *Il.* A. *v.* 20. & Priamus de filiis. *Iliad. XXII. v.* 49. *ſq.* Ita quoque apud poſteriores Græcos, certo conſtituto pretio, hoſtes captivi redimebantur. Minam dixit *Ariſtoteles Lib. V. Ethic. Cap. X.* Νόμιμον τὸ μνᾶς λυτροῦσθαι· *Legitimum eſt, captivum mina redimere.* Quod peculiariter obtinuiſſe inter Athenienſes ac Lacedæmonios, memoriæ prodidit *Herodotus. Lib. VI. C.* 79. FEITH. *L. IV. C. XVI. §. III.*

V. 428.

Βάλε, percuſſit *eam.*

V. 430.

Θαλερὸς, ρὰ, ρὸν, florens, floridus: pulcher. a θάλλω, vireo, floreo.

Παρακοίτης, ου, ὁ, maritus. ex παρὰ, & κοίτη, ης, cubile, lectus.

V. 432.

Ὀρφανικὸς, ἡ, ὸν, ad pupillos pertinens, pupillaris, orphanus. *Aliquando idem quod ὀρφανὸς*, orphanus, pupillus, *i. e.* qui caret parentibus ſuis, & deſtitutus auxilio aliorum.

Θείης, facias. aor. 2. opt. Act. v. τίθημι.

V. 433.

Ἐρινεὸς, οῦ, ὁ, caprificus *arbor*, ficus ſilveſtris.

v. 434.

Ἄμβατος, *pro* ἀνάβατος, ου, ὁ, ἡ, cui datur aſcenſus, qui aſcendi poteſt, aſcenſu facilis. ab ἀναβαίνω, adſcendo, conſcendo.

Ἐπίδρομος, ου, ὁ, ἡ, acceſſu facilis, planus. 2.) incurſionibus expoſitus. ab ἐπιτρέχω, percurro: incurro.

Ἔπλετο, eſt. *pro* ἐπέλετο: ε *enim* in medio Poëtæ metri cauſſa tollunt. WELL. *Gramm. Gr. p.* 13. FISCH. *Animadv. p.* 17.

v. 436. 437.

Ἀμφ' Αἴαντε δύω, καὶ ἀγακλυτὸν Ἰδομενῆα,
Ἠδ' ἀμφ' Ἀτρείδας, καὶ Τυδέος ἄλκιμον υἱόν·

Ajacesque duo, Idomeneus celeberrimus, ipſi,
Nec non Atridæ, & Tydei fortiſſima proles.

Vid. ad *Iliad.* Γ. *v.* 146.

Ἀγακλυτὸς, ἡ, ὀν, perceleber, inclytus. ex ἄγαν, & κλυτὸς, celeber.

v. 438.

Ἤπου — ἤ νυ καὶ — ſive — ſive etiam.

v. 439.

Ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει] Verba præcedentia & ſenſus deſiderabant ἐπώτρυνε καὶ ἄνωγε. ERN.

v. 442.

Αἰδέομαι, *h. l.* vereor.

Ἑλκεσίπεπλος, ου, ἡ, longa veſte induta, longum pepli ſyrma trahens. ex ἕλκω, traho, & πέπλος, veſtis muliebris.

v. 443.

Κακὸς ὡς, ignavus velut.

Νόσφιν, eminus *ſtans.*

v. 444.

Μάθον, didici. *pro* ἔμαθον.

v. 445.

Μετὰ, *h. l.* inter.

v. 447.

Εὖ μὲν γὰρ] Refertur iſtud γὰρ non ad id, quod jam ante erat dictum, ſed ad id, quod eleganter reticetur. *Fortiter me geram; Non quod neſcius ſim, nihil me virtute profecturum; NAM probe novi, interituram hanc urbem*, &c. Vide ſupra ad E. *v.* 22. CLARK.

v. 448.

Ὀλώλῃ, pereat. præt. ſubj. Med. *Attice* pro ὄλῃ
λυμι, perdo.

v. 450.

Τόσσον, tantopere.

v. 454.

Ὅσσον, quantopere.

v. 455.

Δακρυόεις, όεσσα, όεν, lacrimoſus, lacrimabund
Ἄγηται, abduxerit.

v. 456.

Πρὸς ἄλλης, ſub alienæ *imperio.*
Ὑφαίνω, *h. l.* texo.

v. 458.

Ἀεκάζω, cogo. ex α priv. & ἑκὼν, voluntariu
Πόλλ' ἀεκαζομένη, Valde invita.
Κρατερὴ δ' ἐπικείσετ' ἀνάγκη· dura autem incum
ceſſitas.

v. 457. 458.

Aquam e fonte mulieres conſueverant afferre. Id
ancillas jubet Euryclea *Odyſſ. XX. v.* 153. *ſq.*
h. l. metuit uxori Andromachæ, ne ſe mortuo
Argis aquam ferre cogatur, ac telam alienam tex
Et aquam tuleris (feras) *ex fonte* Meſſeïde, aut H
Valde invita. — —
FEITH. *L. IV. C. III.* §. *VI.*

v. 460.

Ἀριστεύεσκε μάχεσθαι, præſtantiſſimus erat *in* pug

v. 461.

Ἀμφιμάχομαι, circa — *vel* pro — pugno.

v. 463.

Χῆτος, εος, τὸ, penuria, defectus.
Δούλιος, ου, ὁ, ἡ, ſervilis. a δοῦλος, ſervus.
Δούλιον ἦμαρ] τὸν τῆς δουλείας χρόνον.) (*v.* 455. ἐ
ἦμαρ, *pro* ὁ τῆς ἐλευθερίας χρόνος.

v. 464.

Τεθνειῶτα, mortuum. præt. part. Act. *Bœot.*
pro τεθνηκότα, v. θνήσκω, morior.

ς, ἡ, ὀν, fuſus, fuſilis. 2.) foſſilis, qui fodiendo
. 3.) adgeſta terra ſtructus. a χύω, fundo.
] ἡ ἐπιχεομένη τοῖς νεκροῖς γῆ. *Schol.*
— καλύπτοι, obtegat.

v. 465.

— πυθέσθαι, *ſeq. Genit.* Antequam — audiero.

·μὸς, ȣ, *Jon.* οῖο, violenta tractio, abreptio:
as. ab ἕλκω, traho.

v. 466.

πῶν, ȣ παιδὸς ὀρέξατο, — ἰδὲ λόφον ἱππιοχαίτην
us, ſuum filium porrectis manibus petiit, — &
ſetis equinis horridam,] Vide ſupra ad v. 404.
um optime de hoc loco obſervavit *Dionyſ. Halicarn.*
ῆς Ὁμήρȣ ποιήσεως, Poëtam res verbis, ut grandes
bus, ita & *tenuibus* tenues, pari fere pulchritudine
xiſſe, & rem unamquamque ornamentis decoraſſe
iis & *ſuis.* CLARK. Vid. etiam Hrn. Breitingers
ſche Dichtkunſt. *Tom. I. p.* 39.

v. 468.

ψις, εως, ἡ, viſus, aſpectus. ab ὄπτομαι, video.
ταρβήσας, exhorreſcens. v. ἀτύζω. Z. v. 38.

v. 469.

ἱππιοχαίτης, ȣ, ὁ, ex juba equina, *ſive* ſetis equinis
tus. ex ἵππος, & χαίτη, ſeta.

v. 470.

Δεινὸν, horribiliter, horrendum.
Νεύω, nuo, innuo. *h. l.* nuto, vergo, propendeo.
Νοήσας, intuens, videns.

v. 471.

Ἐκγελάω, ῶ, in riſum effundor, effuſe rideo.

v. 472.

Εἵλετο, abſtulit.

v. 474.

Κύω, *fut.* κύσω, oſculor.
Πῆλε, *Jon.* pro ἔπηλε, leviter agitarat. v. πάλλω, vi.
, quatio, agito, palpito.

v. 475.

Ἐπεύχομαι, *cum Dat. h. l.* precor, comprecor.

v. 476.

Δότε δὴ] Non ſupervacaneum eſt iſtud δὴ, ſed emphaſin fere vim habet, ac ſi latine dicas: *date quaeſo.* CLARK.

v. 477.

Ἀριπρεπὴς, έος, ὁ, ἡ, valde decorus. 2.) *h. l.* valde illuſtris & excellens, eximius. ex ἀρι & πρέπω, decorus ſeu conſpicuus ſum: excello.

v. 478.

Βίην ἀγαθὸν, viribus valentem *ſeu* fortem.

v. 479.

Καὶ ποτέ τις εἴπησι *&c.*] Scholion MS. Lipſ. κατὰ πρώτης ἡ σύνταξις. Nempe propter accuſativum ἀνιόντα. Enimvero ſaepe Homerus εἰπεῖν habet cum accuſativo: καί ποτέ τις εἴπησι ἀνιόντα ἐκ πολέμου, *& eum quis aliquando e bello redeuntem ſic laudet*, ſive, *de filio redeunte ſic dicat:* ſic placet etiam *Daweſio* Miſc. p. 147. 148. quem vid. ERN.

v. 480.

Βροτόεις, όεσσα, όεν, ſanioſus, cruore reſperſus, cruentus. a βρότος, ου, ὁ, ſanies, cruor.

v. 481.

Χαρείη φρένα, gaudeat animo. aor. 2. opt. Paſſ. v. χαίρω, gaudeo.

v. 483.

Κηώδης, εος, ὁ, ἡ, bene olens, fragrans, *propr.* ex ſuffitu vel aromatibus crematis. ex καίω, uro.

v. 484.

Δακρυόεν, *h. l. adv.* lachrymis effuſis.

v. 486.

Δαιμονίη, O bona.

Ἀκαχίζω, triſtitia afficio. ex ἄχος, τὸ, triſtitia. *ακ reduplicat. Attica.*

v. 487.

Ὑπὲρ αἶσαν, praeter fatum.

v. 488.

Φημὶ, arbitror, puto.

Πεφύγω, effugio, elabor, *verbum Poëticum.* a praet. Med. πέφυγα, v. φεύγω. hinc πεφυγμένος, elapſus, qui effugit.

v. 489.

v. 489.

Κακὸς, ignavus.) (ἐσθλὸς, fortis.

Τέκηται, natus fuerit.

v. 490.

Κομίζω, *h. l.* curo.

v. 491.

Ἠλακάτη, ης, ἡ, colus.

Mulieres rem domeſticam in primis curabant, ſuo quæque operi ſedulo intentæ. *Commune omnium ſtudium, reginis ipſis nequaquam exceptis, in verſanda lana, texendaque tela impendebatur.* Ita namque Hector *h. l.* Andromachen, quæ illum avertere a pugna conabatur, domum concedere jubet, ſuaque opera curare, ἱστόν τ', ἠλακάτην τε, *telam, ac colum.* Quemadmodum etiam Telemachus matrem Penelopen. *Odyſſ. I. v.* 357. RICC. *Diſſert. Hom. Tom. III. p.* 197. *ſq.* FEITH. *L. IV. C. III.* §. *I.*

v. 492.

Ἔργον ἐποίχεσθαι, munus obire.

v. 493.

Τοὶ Ἰλίῳ ἐγγεγάασιν, qui in Ilio nati ſunt. præt. part. med. v. ἐγγείνομαι, tanquam ex ἐγγάω, in-ſum, in-naſcor.

v. 494.

Εἵλετο, ſuſtulit: recepit.

v. 496.

Ἐντροπαλίζομαι, convertor, reſpecto inter eundum. ex ἐν & τροπαλίζω, *idem quod* τρέπω, verto.

v. 500.

Αἱ μὲν ἔτι ζωὸν γόον Ἕκτορα] Hac quidem ſententia nihil unquam fuit, ad commovendos affectus, neque excogitatum exquiſitius, neque elegantius dictum. CLARK. Γόον, *Alii* γόων, lugebant. v. γοάω, ῶ. gemo, deploro.

v. 501.

Ἔφαντο, putabant.

v. 502.

Προφεύγω, effugio. προφυγὼν, elapſus.

v. 504.

Κατέδυ, *h. l.* induit.

v. 505.

Σεύατο, properabat. v. σεύω.

 Κραιπνὸς,

Κραιπνὸς, ὴ, ὸν, pernix, celer, velox, rapidus.

v. 506.

Σταλὸς, ὴ, ὸν, ſtans, qui diu ſtat. σταλὸς ἵππος, eq qui in ſtabulo continetur.

Ἀκοστέω, ῶ, abundo eſu hordei, hordeo paſcor ſa ginor. ab ἀκοστὴ, ῆς, ἡ, hordeum.

v. 507.

Θείω, curro. *metri cauſa* pro θέω.

Κροαίνω, pulſo pedibus terram. pro κρουαίνω. à κ pulſo.

v. 508.

Ἐυῤῥεῖος ποταμοῖο,] λείπει, ὕδατι· ἢ ποταμὸν εἴρηκε τ ποταμοῦ ὕδωρ. *Schol.*

Ἐυῤῥὴς, έος, ὁ, ἡ, *aut* ἐυῤῥεὺς, *q. d.* pulcrifluus, pu fluens. ut hinc ſit *Genit.* ἐυῤῥεῖος, apud Hom. ex ῥέω, fluo.

v. 510.

Ἀίσσονται, motantur. v. ἀίσσω, ruo, cum impetu f

Ὁ δὲ — Ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει] De hujusmodi Sy ἀνακολούθῳ, *ſuis* in *locis* elegantiſſima, & (ut ait *trius Phalereus*) μεγαλοπρεπεῖ, vide ſupra ad *B.* 353. & Utique hoc in loco ſingulari id artificio dandum quod *rem ipſam*, δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείει, quaſi ob o ponat Syntaxis iſta infracta, ὁ δὲ — ῥίμφα ἑ γοῦνα Quin & Motum inſuper equi currentis celerri aptiſſime depingunt numeri iſti dactylici, Ῥίμφα ἑ φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων. CLARK.

Ἀγλαΐηφι] τῷ κάλλει τοῦ σώματος. *Schol.*

Ἀγλαΐα, ας, *Jon.* η, ης, ἡ, ſplendor, nitor. 2.) p tudo. 3.) ornatus, decus. ab ἀγλαὸς, ſplendidus, c

v. 511.

Ῥίμφα, *adv.* leviter, facile, ſtatim, celeriter. a ῥ jacio, projicio.

Γοῦνα, genua: *pro* γόνατα.

Μετὰ, *h. l.* ad.

Ἦθος, εος, τὸ, *unde uſitatum plur.* ἤθεα, ἤθη, do lium, manſio, ſedes conſuetæ, loca conſueta.

v. 512.

Κατὰ Περγάμου ἄκρης, a Pergami arce.

V.

v. 513.

Ἠλέκτωρ, ορος, ὁ, Sol. ex η pro α pr. & λέκτρον, lectus: *quia eo oriente lectos deſerimus*, aut *ab electri ſplendore.*

v. 514.

Καγχαλάω, ῶ, cachinnor, rideo. 2.) *h. l.* exulto gaudio. a καγχάζω, cachinnor, convicior.

v. 515.

Ἔμελλε στρέψεσθαι, erat digreſſurus.

v. 516.

Χώρης] τȣ̃ τόπȣ.

Ὀαρίζω, loquor, *propr.* cum mulieribus, muliebriter garrio. *vel*, colloquor familiariter, ſicut cum conjuge. ab ὄαρ, αρος, ἡ, uxor, conjux.

v. 517.

Τὸν πρότερος προσέειπεν] Feſtinantem optime depingit oratio iſta ἀσύνδετος. CLARK.

v. 518.

Ἠθεῖος, εία, εῖον, venerandus, colendus. ἠθεῖε, *vox junioris ad ſeniorem, reverentiæ cauſa.* germane venerande, colende frater. a θεῖος, *pleonaſmo* τȣ̃ η.

Ἐσσυμένον, properantem.

v. 519.

Ἐναίσιμον, *h. l.* opportune, commode, tempeſtive. *pro* ἐναισίμως. ab ἐναίσιμος, ȣ, ὁ, ἡ, fatalis, aliquid portendens. 2.) idoneus, decens, utilis. *quod* ex ἐν & αἶσα, fatum.

v. 521.

Δαιμόνι', O bone.

Ἐναίσιμος, *h. l.* idoneus *ſeu* æquus rerum æſtimator.

v. 522.

Ἔργον μάχης, opera bellica.

Ἀτιμήσειε, vituperaverit.

v. 523.

Μεθίεις, remittis *animum.*

Οὐκ ἐθέλεις, non vis *pugnare.*

v. 524.

Ὅθι, *h. l.* quando, quum.

Ὑπὲρ σέθεν, de te.

v. 525.

Πρὸς, *h. l. a.*

v. 526.

Ὄπισθεν] *μετὰ ταῦτα.*

v. 528.

Hector excitans ad prælium fratrem Paridem ſperat, fore ut, fuſis hoſtibus, craterem libertatis in ædibus ſtatuant. Hic *Crater Libertatis* idem eſſe videtur ac *poculum ſalutis*, quod cum præfatione nominis Jovis Servatoris bibebatur, ut tradit *Athenæus Lib. II. Cap.* 2. Si igitur Trojanos ſervaret Jupiter, & in libertatem aſſereret, quam decennali obſidione eis abſtulerant Græci, Hector cum omnibus ſuis craterem libertatis erat potaturus. Parem ritum obſervavit apud Hebræos eruditiſſimus *Calmetius*, expendens verba *Pſ. CXVI.* 13. *Calicem ſalutaris* (h. e. *ſalutis*) *accipiam*, *& nomen Domini invocabo.* Ποτήριον σωτηρίου. Nam pro ſalute a periculis & calamitatibus ſacrificia, quæ dicebantur *pacifica*, offerebantur, vota ſolvebantur, & religioſum convivium agitabatur, convivis omnibus calicem ſalutis & gratiarum actionis bibentibus. Hanc conſuetudinem ſecutus Chriſtus Dominus in convivio Paſchali calicem gratiarum actionis conſecravit, & diſcipulis libavit, ac deinde omnibus ebibendum circumferri juſſit. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 260.

v. 529.

Ἐκ Τροίης ἐλάσαντες, Quum Troja expulerimus.

IN

IN H. ILIADIS.

V. 1.

Πυλέων (*Jon.* pro πυλῶν) ἐξέσσυτο, portis erupit.

V. 4.

Ὡς δὲ θεὸς ναύτῃσιν] Quelle grandeur & quelle juſteſſe dans cette image, & quelle heureuſe fécondité dans Homere pour louër les Heros! DAC.

Ἔλδομαι, & *pleonaſmo* τȣ̃ ε, ἐέλδομαι, cupio, deſidero.

V. 5.

Εὔξεςος, & ἐΰξεςος, ȣ, ὁ, ἡ, bene raſus, politus. ex εὖ & ξέω, rado, polio.

Ἐλάτη, ης, ἡ, *h. l.* remus. *E.* 560. abies.

V. 7.

Φανήτην, apparuerunt. 3. dual. aor. 2. ind. Paſſ. v. φαίνω.

V. 8.

Ἑλέτην, interfecerunt. 3. dual. aor. 2. ind. Act. v. αἱρέω.

V. 9.

Κορυνήτης, ȣ, ὁ, qui clava utitur in pugna, clavator, claviger. a κορύνη, ης, ἡ, clava.

V. 12.

Αὐχέν', *Ad* cervicem.

Στεφάνη, ης, ἡ, corona, ſertum. *h. l.* quædam ſpecies galeæ eminentias habentis. a ςέφω, corono.

Εὔχαλκος, & ἐΰχαλκος, ȣ, ὁ, ἡ, bonum æs habens, ex pulcro ære factus. ex εὖ & χαλκὸς, æs.

V. 15.

Ἵππων ἐπιάλμενον, — ἐξ ἵππων — πέσε] Nempe *in currum* conſcendens, *e curru* cecidit. CLARK.

Ἐπιάλμενον, inſilientem. pro ἐπιαλλόμενον. hoc autem Poëtice pro ἐφαλλόμενον. v. ἐφάλλομαι, inſilio, irruo.

V. 16.

Ὦμον, in humero.

V. 19.

Βῆ ῥα] Non vacat iſtud ῥα, ſed eam fere vim habet, ac ſi latine dicas, *ſtatim*, *continuo*, *illico*. CLARK.

V. 21.

Ἐθέλε, cupiebat.

V. 22.

Συναντέσθην, occurrerunt. v. συναντάω, ῶ, occurro, obvius fio, incido in aliquem.

V. 26.

Ἑτεραλκής, έος, ὁ, ἡ, dubius, anceps. *quaſi* anceps robur. Dicitur *victoria* ἑτεραλκὴς, quia alteri ſemper tribuit ἀλκήν. *Vel*, quia νίκη τῷ ἀλκίμῳ διδομένη, robuſto & præſtanti conceſſa. *Vel*, quia ἑτέρωθεν & per vices, jam uni parti, mox alteri comparat ἀλκήν. ab ἀλκὴ, vis, robur.

V. 29. — 34.

Νῦν μὲν παύσωμεν πόλεμον, — τὰ γὰρ φρονέουσα καὶ αὐτὴ] Quod hic inter ſe collocutos Apollinem & Minervam finxit Poëta, id videlicet *pro ſua prudentia* admonuit *Helenus.* Eſt enim *Minerva*, ἡ Φρόνησις, *potior ſententia.* Hinc jam infra, *v.* 44. & 53. Ἕλενος — σύνθετο θυμῷ βουλὴν, ἥ ῥα θεοῖσιν ἐφήνδανε. — Ὡς γὰρ ἐγὼν ὄπ' ἄκουσα θεῶν. CLARK.

V. 30.

Τέκμωρ, τὸ, finis, exitus rei.

V. 31.

Ἔπλετο, eſt.

V. 32.

Ὑμῖν ἀθανάτῃσι] *Junoni* & *Minervæ. Barneſius* in uno MS. repperit ἀθανάτοισι. Quo pacto & *Jupiter* quoque intelligetur. CLARK.

Διαπραθέειν, evertere, vaſtare, diripere. aor. 2. infin. v. διαπέρθω, έειν, *Poët.* pro εῖν.

V. 36.

Μέμονας, cupis, fert animus. Vid. *E. v.* 482.

Καταπαύω, ceſſare *ſeu* deſiſtere facio, coërceo, compeſco, reprimo. 2.) finio, finem impono.

V. 39.

Ἤν τινά που, Si quem forte.

Οἰόθεν, ſeorſum, ab una ſolum parte. οἰόθεν οἶος, cum ſolo ſolus.

V. 41.

Ἀγάζομαι, indignor, ſuccenſeo. ab ἀγάω, *idem.*

Χαλκοκνήμιδες, ων, οἱ, æreis armati ocreis, ærea habentes tibialia, *i. e.* æreis induti armis, armati. ex χαλκὸς & κνημὶς, ῖδος, ἡ, tibiale: ocrea.

V. 42.

V. 42.

Οἶον, Solum *aliquem.*

Ἐπόρσειαν, incitent. aor. 1. opt. Act. *Æol.* pro ἐπόρσωσι v. ἐπόρω, concito, incito.

V. 44.

Συνίθεμαι, *h. l.* adverto animum, intelligo, ſentio.

Σύνθετο θυμῷ, ſenſit animo. *Odyſſ. A. v.* 328.

— — *Φρεσὶ σύνθετο θέσπιν ἀοιδήν·*

— — *animo advertit divinam cantilenam.*

Contra ea θυμῷ, vel φρεσὶ omittitur *Iliad. A.* 76.

— — *σὺ δὲ σύνθεο,*

— — *tu vero mentem adverte.*

Perperam redditur: (inquit L. BOS *in Ellipſ. Gr. p.* 90.) *paciſcere.*

V. 45.

Ἐφανδάνω, placeo, gratus ſum. ex ἐπὶ & ἁνδάνω, *idem.*

Μητιόωσι, conſultantibus. *Poët.* pro μητιῶσι, ex incontracto μητιάουσι. a μητιάω, conſulto, delibero, molior. a μῆτις, ιδος, ἡ, conſilium.

V. 52.

Ου γάρ πω — Ὡς γὰρ ἐγὼν ὄπ᾽ ἄκουσα θεῶν] Exiſtimat *Euſtathius*, quem ſecutus eſt & *Popius*, de fortitudine Hectoris *diminuere* hanc orationem, eo quod *ſciret*, ſe iſto die non interiturum. Mihi *e contrario* videtur *Heleni* oratio, de *audita Deorum voce*, hoc ipſum velle; utique Hectorem, quæ eſſet *nota* & *ſingularis* ipſius *Fortitudo*, victoriam ſine dubio reportaturum. CLARK.

V. 53.

Ὄπ᾽ ἄκουσα, vocem audivi.

V. 55.

Φάλαγξ, Phalanx. Vid. de ea etiam MARTINII *Lexic. Philolog.* & PITISCI *Lexic. Antiq. Roman. Tom. III.*

V. 57.

Κάθδ᾽ — εἷσεν, Sed & ſedere fecit.

V. 59.

Αἰγυπιὸς, οῦ, ὁ, *idem quod* γὺψ, γυπὸς, ὁ, vultur. *Sunt, qui interpretantur*, aquila.

V. 61.

v. 61.

Εἵατο, ſedebant. *Poët.* pro ἕατο, quod *Jon.* dicitur pro ἧντο, 3. plur. imperf. v. ἧμαι, ſedeo.

v. 63.

Φρὶξ, φρικὸς, ἡ, maris horror, motus maris incipiens, primaque agitatio fluctuum ſuperficiaria, veluti quum mare exigua ſtringitur aura.

v. 64.

Ὀρνυμένοιο νέον, ſurgere jam inchoantis.

Μελάνω, nigreſco. μελάνει *pro* μελαίνεται.

v. 69.

Ὅρκια μὲν Κρονίδης] Quum *Paridis* & *Menelai* certamen ſingulare, irritum jam ante cecidiſſet, neque deditus fuiſſet, qui fœdus primum fregiſſet *Pandarus*; ideoque in aperto eſſet, certamine rurſus ſingulari nihil quicquam profecturos; ſed eo jam omnino deventum, ut decernendum eſſet bello: præfari hæc neceſſario oportebat *Hectorem*, ut intelligeretur certamen hoc non jam deinceps de *ſummo bello*, ſed de Heroum ipſorum *gloria ac virtute* ineundum. CLARK.

Ὅρκια — οὐκ ἐτέλεσσεν· fœdera — non rata fecit. *Alii*; ea, quæ jurejurando quaſi promiſit, — non præſtitit.

v. 70.

Τεκμαίρομαι, *h. l.* molior: deſtino.

v. 71.

Εὔπυργος, ου, ὁ, ἡ, pulcras turres (*item* urbes) habens, bene turritus: bene munitus. ex εὖ & πύργος, ου, ὁ, turris: arx, caſtellum: urbs munita.

v. 72.

Δαμείετε, domiti fueritis. *Jon.* pro δαμείητε, aor. 2. opt. Paſſ. v. δάμνω, *pro* δαμάω, domo.

v. 73. ſq. coll. v. 175. ſqq.

Laceſſebant ſeſe mutuo in præliis, præſertim duces, & variis opprobriis inſultabant. Peculiariter hoc factitat *h. l.* Hector, poſcens ſibi aliquem e principibus Græcis venire, quicum pugnet: ſorte autem jacta in galeam deſignatus Ajax. Simile quid obſervatum a Timoleonte apud *Plutarchum* (*in ejus Vita*,) qui ſumto a decurionibus ſingulis annulo, miſcensque chlamyde primum exemit

mit tropæi ſigno; unde ſubſecuta ab eo pugna, FEITH. *L. IV. C. XIV. §. VIII.*

v. 75.

Ἴτω, prodeat. præſ. imperat. v. εἶμι, eo; prodeo.

Πρόμος ἔμμεναι — ut pugnet ante alios cum —

v. 76.

Ἐπιμάρτυρος, *Poët.* qui teſtis eſt in aliqua re, qui teſtis adhibetur.

v. 77.

Ἕλῃ, occiderit.

Τανακὴς, έος, ὁ, ἡ, *vel, juxta alios*, τανάηκης, εος, protenſam *ſeu* longam habens aciem, acutus. ex τανύω *idem quod* τείνω: & ἀκὴ, acies ferri: cuſpis.

v. 79.

Δόμεναι πάλιν, remittat.

v. 80.

Λελάχωσι, participem faciant. aor. 2. ſubj. Act. *Jon.* pro λάχωσι, v. λαγχάνω, ſortior. *h. l. ſignificat tranſitive*, ſortiri facio, velut ſortem attribuo, participem reddo.

Ὄφρα πυρός με — λελάχωσι θανόντα] afin qu'ils — le (*mon corps*) mettent ſur le bûcher & recueillent mes cendres. DAC.

v. 81.

Εὖχος, εος, τὸ, *h. l.* gloria, honor.

v. 83.

Κρεμόω, ſuſpendam. pro κρεμῶ, *contr.* ex κρεμάω, ſuſpendo.

Hoſtium arma ſacrabant Græci, eaque in templis ſuſpendebant; verum id vetitum Lacedæmoniis fuit; quo ſenſu forte accipiendum *ſupra* (ad *Il. Z. v. 66* — 71.) memoratum Cleomenis reſponſum; nam quod alia eorum ſpolia offerre permitterentur, patet tum exemplo *Pauſaniæ*, tum aliis plurimis. Iſtiusmodi conſuetudo fuit perantiqua, & univerſe obtinuit non tantum in Græcia, ſed in multis aliis locis, juxta *Euſtathium*. Unde Hector arma ſui adverſarii in Apollinis templo conſecrare pollicetur, ſi de illo victoriam concederet. Ad hunc morem reſpicit *Virgilius* deſcribens templum, in quo Latinus Æneæ legatos audit, *Æneid. Lib. VII. v.* 183.

Multaque

Multaque præterea ſacris in poſtibus arma,
Captivi pendent currus, curvæque ſecures,
Et criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra,
Spiculaque, clypeique, ereptaque roſtra carinis.

Complura alia exempla ſuper hac re apud Auctores occurrunt. Conſuetudo iſta ex Populis Orientalibus, apud quos procul dubio obtinuit, originem duxiſſe videtur; & hoc ipſum intelligi poteſt ex eo, quod Goliathi enſis repoſitus dicatur in loco, ubi Judæi Deum colebant. 1. *Sam.* XXI. 9. POTT. *Tom.* II. *p.* 90. 91. add. FEITH. *L.* I. *C.* XI. §. IV. ANT. BLACKWALLII *de præſtant. Claſſic. Auct. Comment. Cap.* VIII. §. 2. *pag.* 122. *ſqq.*

v. 84.

Ἀποδώσω, remittam.

v. 85.

Ταρχύω, exſequias facio, funus curo, ſepelio. a τάρχια, ων, τὰ, inferiæ, juſta, parentalia, exſequiæ.

v. 86.

Χεύσωσι, aggerant. a χεύω, fundo.

Πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ] Omne mare promiſcue Poëtis *longum* & *latum* dicitur. Et hic *ora* magis Helleſpontiaca intelligitur, quæ ſane latiſſime patet. ERN.

v. 88.

Νηὶ — πλέων, *in* navi — navigans.

v. 89.

Καταπεθνηῶτος, defuncti. a καταθνήσκω, morior.

v. 91.

Ὀλεῖται, peribit. ab ὀλοῦμαι, fut. 2. Med. v. ὄλλυμι.

v. 93.

Αἴδεσθεν, verebantur, veriti ſunt. aor. 1. ind. Paſſ. *Jon.* & *Bœot.* pro ᾐδέσθησαν, v. αἰδέομαι.

Ἀναίνομαι, abnuo, renuo, recuſo, detrecto.

Ὑποδέχθαι, ſuſcipere.

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι] *Annuere timebant, quoniam fortiſſimum norant Hectorem; renuere verebantur, ne ipſi ſcilicet viderentur non fortes.* CLARK.

v. 94.

Ὀψὲ, *h. l.* tandem.

v. 95.

v. 95.

Στοναχίζω, & ομαι, gemo, ingemiſco, ſuſpiro. a ϛόναχος, ϒ, ὁ, gemitus, ſuſpirium.

v. 96.

Ἀπειλητὴρ, ῆρος, ὁ, minator, minax. *h. l.* jactator. ab ἀπειλέω, minor: jacto.

v. 97.

Ἀινόθεν, *adv.* a re gravi.

Ἀινόθεν αἰνῶς, magis magisque grave, graviſſime graviter.

v. 98.

Ἀντίος εἶσιν, obvius iverit.

v. 99.

Ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε· *aqua & terra fiatis.*] Ex hoc loco videtur anſam arripuiſſe Xenophanes Colophonius dicendi, principia rerum eſſe aquam ac terram, quaſi Poëta ſignificet univerſi in ea principia, ex quibus ortum habet, diſſolutionem, ut refert *Plutarchus* in Libro *de Homero.* Sed tamen *Diogenes Laërtius* Xenophani hoc non tribuit; quin ſcribit, eum dixiſſe, quatuor eſſe omnium rerum elementa: imo Homero maxime dicitur fuiſſe infenſus, adverſus quem & Heſiodum elegias & jambos ſcripſit: unde a Timone Ὁμηραπάτης vocatur, cujus verſus extat apud eundem *Laërtium:*

Ξενοφάνη θ' ὑπάτυφον, Ὁμηραπάτην ἐπικόπτην·

Xenophanem ſubacerbum, & Homeri nobile flagrum.

Quanquam qui terram & aquam principia rerum ponit, non videtur reliqua duo elementa tollere, cum ignis ſit in terra, & aër in aqua. Sed hîc cum Græcis Menelaus imprecatur, *ut aqua & terra fiant*, intelligit, eos vita privari, *h. e.* anima illa triplici, vegetativa, ſenſitiva, & rationali: quibus ſublatis nihil reſtat in cadavere, quam terra & aqua, ex quibus corporis maſſa compacta eſt. SPOND.

v. 100.

Ἀκήριος, ϒ, ὁ, ἡ, exanimis, cor non habens, excors. ex α priv. & κῆρ, cor.

Ἀκλεὲς αὔτως] *Rem ingloriam!* Vel, *Id valde erit inglorium.* Sic ſupra *A.* 142. ἐρέτας ἐπιτηδὲς. *Remigum quod ſufficiat,*

ſufficiat. Nam durius paullo eſt, quod affert *Euſtathius*: Τὸ ἀκλεὲς, εὐθεῖα ἐστι πληθυντικὴ, ἀντὶ τοῦ ἀκλεεῖς. — καὶ ἐν τῷ, ἐρέτας ἐπιτηδές· — τινὲς μέντοι ἐπίῤῥημα τοῦτό φασιν εἶναι. Equidem, ſi nomen plurale habendum erit, cum iis potius ſentiam, (quos & memorat *Euſtathius*,) qui ἀκλέες ſcribunt, quomodo & ἀγακλέες: Qua quidem forma ſcriptum videtur *Odyſſ.* Δ. 728. ἀκλέα. CLARK.

Ἀκλεὴς, έος, ὁ, ἡ, inglorius. ex α priv. & κλέος, gloria.

Αὔτως, *h. l.* pariter.

V. 101.

Τῷδε — Adverſus iſtum —

Ὕπερθε, *ſive* θεν, *adv.* ſuperne, deſuper, ſupra. ab ὑπὲρ, ſuper, ſupra.

V. 102.

Ἔχονται, poſiti ſunt.

Νίκης πείρατ' ἔχονται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν.] *Les Dieux tiennent entre leurs mains la victoire, & la donnent comme il leur plait.* Le Poëte conſidere la victoire ſous l'idée d'un cordon, dont les deux bouts ſont liez dans le Ciel, & que les Dieux ſeuls peuvent délier en faveur de celui qu'ils protegent. Cette figure étoit familiere aux Grecs, & même aux Latins. DAC.

V. 103.

Καταδύσατο, induebat: induit.

V. 104.

Φάνη, adfuiſſet, apparuiſſet.

Τελευτὴ, ῆς, ἡ, finis, exitus. a τέλος, τὸ, *idem.*

Ἔνθα κέ τοι] *Tuus tibi* &c.

V. 106.

Ἕλον, inhibuiſſent *te.*

V. 109.

Ἀφραίνω, inſanio, deſipio. ex α priv. & φρὴν, mens.

Χρή με τούτου, mihi opus eſt hac re.

V. 110.

Ἀφροσύνη, ης, ἡ, amentia, imprudentia. ab ἄφρων, ονος, amens, imprudens.

Ἀνὰ — ἴσχεο, *pro* ἀνάσχου, contine *te.*

v. 113.

καὶ δ' Ἀχιλεῦς τῦτῳ γε] Notandum, quanto cum arficio in ſingulis libris, quæcunque res narretur, nusam tamen non inſeratur *Achilles*. CLARK.

v. 114.

Ἔῤῥιγ' ἀντιβολῆσαι] *Non ſine horrore aliquo occurrit.*
Ῥιγέω, ῶ, horreo, exhorreo. a ῥῖγος, τὸ, rigor.
Ἀντιβολέω, ῶ, *h. l. cum Dat.* occurro. Vid. ad Δ. 342.

v. 116.

Ἀνασήσουσι, excitabunt.

v. 117.

Ἀδειὴς, ἔος, ὁ, ἡ, *Poet.* pro ἀδεὴς, metu carens; metus pers: audax, intrepidus. ex α priv. & δέος, metus.
Μόθος, ου, ὁ, labor. *h. l.* pugna, bellum.
Ἀκόρητος, ου, ὁ, ἡ, inſatiabilis. ex α priv. & κορέω, ſatio.

v. 118.

Φημί μιν ἀσπασίως] Referunt hic ad πρόμον ἄλλον, ad roem quisquis ſit ille *Achivorum*, qui cum *Hectore* eſſet nicaturus: quia ſcilicet eo ſpectet *tota* hæc *Agamemno*-oratio, ut *Hectorem* plane *invictum* dicat, adeoque *melaum* ab hoc certamine ſingulari deterreat. Conf. v 3. 174. infra. Poſſint tamen hæc & de *Hectore* intelgi: Quippe non modo *deterrendus* erat *Menelaus*, ne ipſe iniquo certamini offerret; ſed & *in ſpem inducen*-*us*, extiturum aliquem, qui & certamen continuo iniet, atque etiam victoriam de *Hectore* reportaret. CLARK.
Ἀσπασίως, *adv.* lubenter, grate. ab ἀσπάσιος, amplectenlus, optatus, gratus. *quod* ab ἀσπάζομαι, amplector: ſaluto.

Γόνυ κάμψειν, genu flexurum. *Celeb.* LAKEMACH. in *Obſervat. Philolog. P. VIII. Obſerv. II. De cæleſtibus, terreſtribus & inferis, genua in nomine Jeſu Chr. flectentibus, ad Phil.* II. 9. 10. §. *XV.* γόνυ καμψειν] Scholia parva explicant ἀναπαύσεσθαι, *quieturum*, vel συγκάμψειν τὰ γόνατα, διὰ τὸ κοπιᾶσθαι ἐν τῷ διώκεσθαι, *contracturum genua, quippe fatigatum, dum eum inſequeretur adverſarius*. Neutram expoſitionem probo; ſed hoc potius velle Homerum perſuam habeo: Pugnatorem illum flexo Deos poplite eſſe veneraturum, gratiasque eis de ſalute perſoluturus, ſi

ſalvus evaſerit ex tam ſpericuloſo certamine
γόνυ κάμπτειν idem fere hic, quod γονάσθαι &
quorum verborum altero *Homerus* uſus eſt *Od.*
altero *Apollonius Rhodius*, *Argonaut. IV.* pro *obſ*
cari. Ac eundum in ſenſum in Pauli quoque
ponenda eſt formula, hoc modo: „Ut peri
„ſummæ reverentiæ cultu proſequi, & adorai
„ipſos etiam Cœleſtes, Terreſtres atque In
„omnis generis Deos, quos orbis ſuperſtitioſus
Hactenus illc. — Contra ea *Clariſſ.* RICCIUS *Diſ*
jam olim, (πάλαι, ἢ νῦν, *antequam* ſuis opitularetur, *iræ* habenas dediſſe; vel *nunc demum*, *quum* ſuis opitularetur, *rationi* (τῷ ἐπιλογισμῷ) fuiſſe obſequutus. Sed neutrum fert linguæ Græcæ ratio. Ἧξας τῷ θυμῷ neceſſario eſt, *jam tum* quum ſuis opitularetur, *animos ſibi incitans*, *animo incitato demum habenas dans*, *effuſis habenis hoſtem invadens:* Σὺ δὲ σῷ μεγαλήτορι θυμῷ Ἧξας. *v.* 109. *hujus Libri.* Τὸν δεξιὸν ἵππον Κέντησ' ὁμοκλήσας, εἶξαί τέ οἱ ἡνία χερσίν. Υ. 336. Βίῃ καὶ ἀγήνορι θυμῷ Εἴξας, εἶσ' ἐπὶ μῆλα βροτῶν. Ω. 42. Virgil. *Irarumque omnes effundit habenas. Æn. XII.* 499. CLARK. Schol. Lipſ. πάλαι, ὅτε αἰγίζετο, ἢ νῦν ὅτε ἤμυνεν. Καὶ θυμὸν τὸν ἐπιλογισμὸν φησι &c. ERN.

Οὐκέτι, non deinceps, tamen non.

v. 595.

Αὔτως, ſic *vel* gratis, ſine præmio.

v. 596.

Νόει, cogites.

v. 597.

Ἐνταῦθα, hic, illic, huc, *iſtuc*, eo. ab ἔνθα, *adv.* hic; ibi, illic.

v. 598.

Ἐπὶ δώροις, *nunc* accepta conditione donorum.

v. 600.

Εἰ δέ κ' ἄτερ δώρων] *Quod ſi tandem invite & neceſſitate coactus* &c. CLARK.

Δύῃς, inieris.

v. 601.

Ἔθ', Tum.

Ὁμῶς τιμῆς, æque *in* honore.] *Eodem loco honoris. Al.* ὁμῶς τιμῆς, quod eſt τιμήεις; Qua ratione alibi dicitur, καὶ χρυσὸν τιμήεντα — Σ. 475. CLARK.

Ἔσεαι, *pro* ἔσῃ, eris.

Πόλεμόν περ ἀλαλκών· bellum quamvis propulſaveris.

Ἀλάλκω, depello, arceo. ab ἀλκέω, ῶ, arceo, auxilior.

v. 603.

Ἄττα, *h. l.* vox, qua juniores compellant ſenes, *quaſi* pater.

Οὔτι με ταύτης χρεὼ τιμῆς, Minime mihi opus eſt hoc honore. Vid. ad *v.* 75. *hujus Libri.* item L. BOS *Ell. Gr. p.* 262. & 283. *Ejuſdemque Præfat.*

v. 604.

v. 604.

Φρονέω δὲ τετιμῆσθαι, puto enim *me* honoratum fore.

Διὸς αἴσῃ, Jovis voluntate.

v. 605.

Εἰσόκ' ἀϋτμὴ] Virg. *Dum ſpiritus hos reget artus. Æn. IV.* 336.

Ἀϋτμὴ, ῆς, ἡ, halitus, ſpiritus.

v. 606.

Ὀρώρῃ, moveantur.

v. 608.

Σύγχει, turba. v. συγχέω, confundo, permiſceo, confundendo miſceo: turbo, conturbo, perturbo.

v. 610.

Ἀπέχθηαι, odio ſis. *pro* ἀπέχθῃ.

Φιλέοντι, *te nunc* amanti.

v. 611.

Καλόν τοι, Decet te.

Κήδειν, angere: lædere; λυπεῖν, βλάπτειν. *Schol.*

v. 612.

Ἶσον ἐμοὶ βασίλευε, *ſcil.* μέρος; æqualem mecum regni partem tene: æqualiter mecum regna.

Ἥμισυ μείρεο τιμῆς, dimidium ſortire honorem. ἥμισυ, pro ἥμισυ μέρος, *dimidiam partem* honoris.

Μείρεο, ſortire, accipe. *pro* μείρου. v. μείρω, divido, partior. μείρομαι, ſortior.

v. 613.

Ἀγγελλέουσι, renunciabunt.

Αὐτόθι, *adv.* illic, iſtic, hic, ibi.

Λέξεο, cubato.

v. 615.

Ἤ κε — ἤ κε — an — an.

Ἐφ' ἡμέτερα] ἀντὶ τοῦ, εἰς τὰ ἡμέτερα· εἰς τὴν πατρίδα. *Schol.*

v. 616.

Ἐπ' — νεῦσε σιωπῇ, annuit tacite.

v. 617.

Στορέσαι πυκινὸν λέχος, ut ſterneret denſum lectum.

v. 618.

Νόστοιο μεδοίατο, de reditu cogitarent. μεδοίατο, præſ. opt. Med. *Jon.* pro μέδοιντο, v. μέδω, curo.

v. 621.

Ἴομεν, Abeamus.

Μύθοιο τελευτὴ, ſermonis *noſtri* exitus, *ſeu* finis.

v. 622.

Κρανέεσθαι, perficiendus. *Dialyſi Jonica* pro κρανεῖσθαι, v. κραίνω, perficio, effectum reddo.

v. 623.

Καὶ οὐκ ἀγαθόν περ ἐόντα, Etiamſi non lætum ſit, *ſcil.* reſponſum.

v. 626.

Μετατρέπεται, rationem habet.

v. 627.

Τῆς, ἣ — Illius, qua —

Ἔξοχον ἄλλων, ſupra ceteros.

v. 628.

Νηλής, *Alii* νηλεής. Vid. ad Γ. 292.

Φόνοιο, pro cæde.

v. 629.

Οὗ παιδὸς — τεθνειῶτος, pro ſuo filio — occiſo.

v. 630.

Καί ῥ' ὁ μὲν — τοῦ δὲ] *Is, qui pretium dedit* — *Ejus, qui datum accepit.* CLARK. Et is quidem, *qui interfecerit.* Ἐν δήμῳ — αὐτοῦ (*Alii*, αὐτοῦ) in *ſua* civitate — ibi.

v. 631.

Τοῦ δέ, Et alterius.

v. 628. —

Homicidii pœna fuit *exilium*: cujus tempus fuiſſe *annum*, tradit *Scholiaſtes Euripidis Hyppolito*, ad v. 35. Ἔθος γὰρ τοῖς ἐφ' αἵματι φεύγουσι ἐνιαυτὸν ποιεῖν ἐκτὸς τῆς πατρίδος. *Moris enim fuit, ut qui ob cædem aufugiſſent, anni tempus extra patriam degerent.* Antiquiſſima utique homicidii pœna, quæ haud dubie a primo ejus auctore in ceteros divino jure derivata eſt.

Sed enim *redemta* quoque *pretio* pœna illatæ cædis a cognatis occiſi. Sic enim *h. l.* Ajax obſtinatum Achillis animum ex eo arguit, quod alius pro fratris cæde, etiam

etiam accepta ſatisfactione, interfectorem ſinat domi remanere. FEITH. *L. II. C. VIII. §. III. & IV.*

v. 632.

Σοὶ δ', Tibi vero, *o Achille,*] Elegantiſſime orationem ab *Ulyſſe* repente ad *Achillem* convertit. Ἐντέχνως ἡ μετάβασις ἐκ τοῦ Περὶ ἄλλου λέγειν, εἰς τὸν Πρὸς αὐτόν. *Schol. Victorian.*

Ἀλλήκτον, implacabilem. *Schol.* ἄληκτον, ἀκατάπαυστον, ἀθεράπευτον. Vid. *B.* 452.

Κακὸν, durum.

v. 633.

Εἵνεκα κούρης Οἴης, *Et cela pour une captive*] C'eſt un reproche très-piquant, comme ſi Achille étoit l'homme le plus amoureux & le plus aſſervi aux femmes. Un pere pardonne la mort de ſon fils, un frere celle de ſon frere, & Achille ne pardonnera pas l'enlevement d'une captive qu'on lui a priſe. DAC.

v. 634.

Ἔξοχα, *adv.* excellenter, eximie, ſupra modum.

v. 635.

Ἐπὶ τῇσι, præter has.

Ἵλαον ἔνθεο θυμὸν, propitium indue *tibi* animum.

v. 636.

Μέλαθρον, *tuam* domum.

Ὑπωρόφιοι δέ τοι εἰμὲν, ſub tecto enim tuo ſumus.

Ὑπωρόφιος, ου, ὁ, ἡ, qui ſub tecto *ſeu* camera eſt. 2.) contubernalis, domeſticus. ex ὑπὸ & ὀροφὴ, ῆς, contignatio, qualis eſt tectorum. *quod* ab ἐρέφω, tego, tectum impono.

v. 635. 636.

Menſis olim ſanctitas conceſſa fuit: quin & ipſa domus, in qua convivabantur, quandam reverentiam vendicabat: adeo ut Ajax *h. l.* inde argumentum duxerit, quo Achillem propitium redderet. POTT. *Tom. II. p.* 351.

v. 637.

Μέμαμεν, ſtudemus.

v. 641.

Κατὰ θυμὸν, ex animo.

Ἐείσαο μυθήσασθαι, viſus es dixiſſe.

v. 643.

Ἀσύφηλος, ου, ὁ, ἡ, vilis, abjectus, nullius pretii, inhonorus. ex ἄτω, noceo, & φῆλος, ου, ὁ, impoſtor, fallax.

v. 644.

Ἀτίμητος, ου, ὁ, ἡ, inhonoratus, contemtus, neglectus. 2.) non æſtimatus. 3.) qui non æſtimari ſolet. ab ἀτιμάω, ῶ, deſpicio.

Μετανάςης, ου, & μετανάςιος, ου, ὁ, ἡ, qui ſedibus ſuis relictis, alio habitatum ſe contulit. *Exponitur* pulſus patria, exul, peregrinus, inquilinus. *ut hic.* a μετανίςημι, ſedibus pello, migrare facio.

v. 645.

Ἔρχεσθε; abite.

v. 649.

Κατά τε σμύξαι πυρὶ νῆας.] De verbo σμύχειν & compoſitis copioſe agit Cel. *Hemſterh.* ad Lucian. Dial. mort. VI. 3. p. 351. ſqq. monens, *Homerum*, ut poëtam, paulum diſceſſiſſe a propria ſignificatione, quæ ignem non luculentum, ſed multo fumo miſtum & ſenſim conſumentem aliquid indicat. Quod tamen non eſt ab h. l. alienum. vid. 242. 243. ERN.

Κατασμύχω, attero, abſumo. *h. l.* exuro, incendo, igni vaſto. ex κατὰ & σμύχω, *idem.*

v. 650.

Τῇ 'μῇ, *per Synæreſin* pro τῇ ἐμῇ.

v. 651.

Καὶ μεμαῶτα, quantumvis ardentem.

Μάχης σχήσεσθαι, a pugna deſtiturum.

v. 653.

Σπείσαντες, libatione facta.

Ἴσαν πάλιν, redierunt.

v. 655.

Ὅττι τάχιςα, quam celerrime. Ὅτι cum ſuperlativo tam nominis, quam adverbii, videtur quandam adverbii rationem induere, idemque valere, quod apud Latinos *quam.* VIG. *Idiot. C. VIII. S. IX. R. II.* add. DEVARII *de Gr. Linguæ Partic. Lib. p.* 266.

v. 654.

v. 654. & 656.

Πάτροκλος δ' ἑτάροισιν, ἰδὲ δμωῇσι, κέλευσε,

— — — —

Αἱ δ' ἐπιπειθόμεναι στόρεσαν λέχος, ὡς ἐκέλευσε.

Patroclus autem ſociis, & ancillis, imperavit,

— — — —

Illæ (*Socii & Ancillæ*) autem obedientes ſtraverunt lectum, ut imperaverat.

Cur hic Fœmininum genus dominetur, tradit *Euſtathius* ideo factum, quod mulieres ad ejusmodi ſervitium ſint aptiores. POSS. *Synt. p.* 16. 17.

v. 657.

Κῶος, εος, τὸ, pellis ovina, ovinum vellus.

Ῥῆγος, εος, τὸ, culcitra, lodix, ſtragula, *inprimis* tincta, *ut* purpura, *aut* picta. a ῥήγνυμι, frango, rumpo.

Λεπτὸς, ὴ, ὸν, tenuis, ſubtilis.

Ἄωτον, ου, τὸ, flos. 2.) præſtantiſſimum cujusque rei.

Pellium quoque magnus olim ad dormiendum *uſus*. Ita Achilles *h. l.* Phœnici jubet ſterni Κῶεα τε, κ. τ. λ. Ulyſſes etiam apud Eumæum dormivit inter caprarum ac ovium pelles, læna ſuperinjecta. *Odyſſ. XIV. v.* 519. *ſq.* & ſuper ἀδέψητον βοέην, *pellem bovinam non ſubactam*, *Odyſſ. XX. v.* 2. Sic Anchiſæ λέχος, *lectus*, in *Hymno in Vener. v.* 159. *ſqq.*

Χλαίνῃσιν μαλακῇς ἐστρωμμένον· αὐτὰρ ὕπερθεν
Ἄρκτων δέρματ' ἔκειτο. — — —
Lanis mollibus ſtratum. At ſuperne
Urſorum pelles jacebant. — —
(*Quos ipſe occiderat.*)

Sed enim & *lini* in hanc rem fuit *uſus*: ut præter *hunc locum* conſtat etiam ex *Odyſſ. XIII. v.* 73. ubi Phæaces Ulyſſi

— — στόρεσαν ῥῆγός τε λίνον τε,
— — *ſtraverunt pictamque veſtem linteumque.*

Didymus exponit λεπτὸν ἱμάτιον, *tenue ſtragulum. Euſtathius* σκέπασμά τι σινδονοειδὲς, *velamen ſindonis ſpeciem referens.* Celebrat id ipſum impenſe Apollonius apud *Philoſtratum Lib.*

Lib. VIII. C. VII. Sect. V. ubi ait, καθαρὸν τὸ ἐννυχεύειν ὑπὸ λίνῳ. *Noctem ſub lino transigere pulchrum.* FEITH. *L. III. C. VIII. §. VI. & VII.*

V. 658.

Κατέλεκτο, cubuit.

V. 659.

Εὕδω, dormio.

V. 660.

Λεσβόθεν, e Lesbo.

V. 662.

Ἐλέξατο, cubuit.

V. 665.

Κλισίησιν ἐν Ἀτρείδαο γένοιτο, ad tentoria Atridæ veniſſent.

V. 667.

Ἀνασταδὸν, *adv.* ſurgendo, more eorum, qui ſurgunt. ab ἀνίστημι, ſurgere facio. ἀνίσταμαι, ſurgo.

Ἐκ τ' ἐρέοντο, interrogabantque.

V. 668.

Ἐξερέεινεν, interrogavit. v. ἐξερεείνω, perquiro, interrogo. ex ἐξ & ἐρεείνω, *idem.*

V. 669.

Πολύαινος, ου, ὁ, ἡ, multum laudatus, multa laude dignus, laudatiſſimus. ex πολὺς & αἶνος, ου, ὁ, laus.

V. 670.

Ἦ ῥ' ἐθέλει] Summæ exſpectationis imaginem brevitate mirabili, aptiſſime ad perſonam, expreſſit. CLARK. *Utrumne vult — ?*

V. 671.

Ἦ ἀπέειπε; An recuſavit?

V. 674.

Σβέσσαι] καταπαῦσαι. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τοῦ πυρός. *Schol.* reſtinguere.

V. 675.

Πιμπλάνεται μένεος, impletur ira. Vid. ad *A.* 104.

V. 677.

Ὅππως, ut, quomodo. *Poët.* pro ὅπως.

Σόῃς, ſerves.

V. 678

v. 678.

Ἄμ' ἠοῖ φαινομένηφι, ſimul atque aurora illuxerit. Ita v. 614. *hujus Libri.*

v. 680.

Παρμυθήσασθαι, ſe ſuadere.

v. 681.

Απεῖτε (*inquit*,) invenietis.

v. 686.

Ἀνώγει, *ille* juſſit.

v. 690.

Κρατερῶς ἀγόρευσε, aſpere dixerat.

v. 694.

Μὴ ὄφελες λίσσεσθαι, Utinam non oraſſes.

v. 695.

Ὁ δ' ἀγήνωρ ἐςὶ καὶ ἄλλως, is utique inſolens eſt etiam alioqui.] Achilles natura fuit ſuperbus & animo elatiore: unde toties a Poëtis atrox, animoſus, ſævus, pervicax, immitis, indomitus, indocilis, inexorabilis appellatur. SPOND.

v. 696.

Ἀγηνορίῃσιν ἐνῆκας, in inſolentiam conjeciſti. αὐθάδη νῦν ἐποίησας αὐτὸν πλέον, ὑπερήφανον. *Schol.*

Ἀγηνορία, ας, ἡ, virilitas, ſtrenuitas. *h. l.* audacia: arrogantia. ex ἄγαν & ἀνὴρ, vir.

Ἐνίημι, immitto, injicio, inſero, infigo, infundo.

v. 697.

Ἐάσομεν, miſſum faciamus.

Ἤ κεν ἴῃσιν, — καὶ θεὸς ὄρσῃ. *qu'il parte ou qu'il demeure, au gré des Dieux ou de ſon caprice.* BIT.

Ἤ κεν ἴῃσιν, (*pro* ἴῃ, aor. 2. ſubj. *Jon.* v. εἶμι,) ſive abeat.

v. 698.

Ἤ κε μένῃ, Sive maneat.

v. 701.

Τέρπόμενοι φίλον ἦτορ, refecti veſtrum cor.

Τεταρπόμενοι, aor. 2. part. Med. *Jon.* & *Poët.* pro ταρπόμενοι, v. τέρπω, delecto, oblecto. τέρπομαι, delector, gaudeo.

v. 702.

v. 702.

(ἐκ) Σίτȣ καὶ οἴνοιο, cibo & vino.

v. 703.

Φανῇ, illuxerit: apparuerit.

v. 704.

Πρὸ νεῶν ἐχέμεν, ante naves ſiſte, tene,
Λαόν τε καὶ ἵππȣς, copiasque pedeſtres & equeſtres.

v. 705.

Καὶ δ' αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι μάχεσθαι. Quin & ipſe inter primos pugna: *vous combattrez à nôtre tête.* Ὀτρύνων, *en exhortant chacun à bien recevoir l'ennemi.* DAC.] Admonet officii ſui Agamemnonem, quatenus prælia attinet, in quibus eum inter primos pugnare eſt conſentaneum, ut videlicet ſua ſtrenuitate ac fortitudine ceteros Heroas magis ac magis excitet. Uſitatum eſt enim, ut pericula illa milites non detrectent, quibus capita ſua Duces objecerint, & fit neſcio quomodo, ut eorum virtus etiam ignavioribus ſtimulos virtutis ſubjiciat, quibus illi naturam cum meliore commutent; ne quid de fortibus dicamus, in quibus Ducum exemplis augetur fortitudo. SPOND.

v. 708.

Καὶ τότε δὴ] *Et tunc porro; Et tunc utique.* Non enim ſupervacaneum eſt iſtud δὴ, ſed vim habet in connectenda ſententia cum eo, quod præceſſit, *v.* 701: Νῦν μὲν κοιμήσασθε. CLARK.

Κλισίηνδε, ad *ſuum* tentorium.

v. 709.

Ὕπνȣ δῶρον] ἀνάπαυσιν τȣ̃ ὕπνȣ, περιφραστικῶς. *Schol.*

IN

IN K. ILIADIS.

V. I.

Ἀριστῆες, *Jon.* pro ἀριστεῖς, ab ἀριστεὺς, ὁ. Ἀριστῆες *apud Hom. dicitur pro* Optimatibus & Proceribus, & iis, qui principem in civitate locum tenent, *ſicut & apud Latinos* Optimates: *quia, qui ceteris honore præſtant, excellere præ omnibus virtute debent.* Ἀριστεὺς *aliquando Adjective*, præſtantiſſimus, *ut* ἀριστῆα πρόμον, *Il.* Γ. *v.* 44. optimum, (egregium,) propugnatorem. *ab* ἄριστος, optimus Marte: παρὰ τὸ Ἄρες, Mars.

V. 2.

Δεδμημένοι, domiti. a δμάω, *pro* δαμάω, domo. *Sunt & δεδμημένοι*, ædificati. *Il. Z. v.* 245.

V. 4.

Ἔχε, tenebat.

Γλυκερὸς, ρὰ, ρὸν, *idem quod* γλυκὺς, dulcis.

V. 5.

Ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀστράπτῃ] Quelle magnificence & quelle ſublimité dans cette image! Agamemnon affligé, prêt à donner une grande bataille, eſt comparé à Jupiter, qui ſe prépare à inonder la terre, ou à ſoufler les guerres. Les ſoupirs de ce Prince ſont comparez aux éclairs qui précédent & annoncent ces ravages. C'eſt ce qui a fait dire aux anciens, que jamais Poëte n'a mieux ſû qu'Homere égaler par la grandeur de ſes idées la majeſté des plus grands ſujets. DAC.

V. 6.

Τεύχων, Parans.

Χάλαζα, ης, ἡ, grando.

V. 7.

Νιφετὸς, ῦ, ὁ, nix confertim cadens: nimbus. a νίφω, ningo.

Παλύνω, inſpergo, con-adſpergo. *Exponitur* miſceo, humecto, albefacio, album reddo. *h. l.* de nive. a πάλη, ης, lucta.

Ἠ νιφετὸν, ὅτε πέρ τε χιὼν] Quelquefois on reprend les Poëtes d'écrire des choſes que l'experience contredit.

Scaliger

Scaliger accuſe Homere d'avoir dit, *que Jupiter tonnoit & négeoit en même temps : c'eſt ce que nous n'avons jamais vû*, dit le Critique. *Poët. Liv. V.* Mais cela n'eſt plus contre l'experience. &c. *Traité du Poëme Epique, par le* R. P. LE BOSSU. (à Paris. 1708.) *p.* 333.

v. 8.

Πολέμοιο μέγα στόμα] ἤτοι μεταφορικῶς, τὴν ἀρχὴν τῦ πολέμυ. ἢ περιφραστικῶς, ὅλον αὐτόν· διότι πάντων δαπανητικός. *Schol. Cicero, Orat. pro Archia Poëta*; (Edit. Hal. 1756. P. II. p. 881.) *Populi Romani laus eſt, urbem amiciſſimam Cyzicenorum, ejusdem conſilio, ex omni impetu regio, ac totius belli ore, ac faucibus ereptam eſſe, atque ſervatam.* Celeb. ERNESTI in *Clave Ciceron. Ind. Latinit.* Tit. OS, oris. *os* belli ac fauces : *h. e. bellicum periculum & quidem ultimum. Videtur dictum imitatione Homeri, qui dixit* στόμα πολέμοιο, *Il. K.* 8. *ubi tamen durius dicitur, quam apud Ciceronem. Non enim additur* eripere, *ut h. l. ſed* τεύχειν *add. Υ.* 359.

Πευκεδανὸς, ἡ, ὸν, amarus ; exitioſus. a πεύκη, ης, amaritudo. πευκεδανοῖο πολέμοιο, amari belli. Homerus (ait *Etym.*) *bellum piceum* vocat, a *picea*, quæ facile comburitur. Frequentiſſime autem bellum cum igne comparat, quod pugnantium ſanguis incaleſcat. vel, *bellum amarum*; quia picea eſt amara.

v. 9.

Ὡς πυκίν' (*pro* πυκινὰ) Sic crebro. πυκινὰ, *adv.* frequenter.

Ἀναστοναχίζω, vehementer ſuſpiro, graviter ingemiſco. ex ἀνὰ & στοναχίζω, gemo ; ingemiſco.

v. 10.

Νειόθεν ἐκ κραδίης, Imo ex corde. νειόθεν, *adv.* ex imo fundo *aut* loco. a νέος, novus, recens.

v. 11.

Ἤτοι, Nempe.

Ἀθρήσειε, aſpiceret. Vid. ad Γ. *v.* 450.

v. 13.

Αὐλὸς, ῦ, ὁ, tibia.

Σύριγξ, ιγγος, ἡ, fiſtula, *propr.* paſtoria. a συρίττω, *ſeu* ζω, ſibilo, ſibilum edo ; fiſtula cano. *Fiſtula* differt

tibia, quia *fiſtularum* ſonus fuit tenuis & ſubtilis, unde ἐπίαλέαι dictæ; *tibiarum* vero ſonus gravis, unde tibia βαρύβρομος dicta. LAMB. BOS *Antiq. Græc. P. IV. C. IX.* le *Tibia* & *Fiſtula*.

Non pauca de *Muſica Inſtrumentali* Homeri tempore uſiata exempla nobis ſuppetunt. Evolventibus enim auea ejus carmina occurrunt 1.) *Trojani*, qui in bello conra Græcos fortuna ſecunda uſi per totam noctem faciunt

Αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπήν, —

Tibiarum fiſtularumque ſonum.

2.) *Phemius. Odyſſ. XXII.* 3.) *Divinus.* Muſicus citharam pulſans in nuptiis filii & filiæ Menelai regis Spartanorum θεῖος ἀοιδὸς φορμίζων. *Odyſſ. IV.* 4.) *Thamyris* Thracius κιθαριστὴς a Muſis occæcatus & arte canendi juxta ac pulſandi citharam orbatus, quod elatior factus ipſas haſce Deas laceſſere & in certamen vocare auſus fuerit, ut docet Hom. *Iliad. Lib. II. v.* 594. *ſqq.* REIMMANNI *Ilias poſt Hom. Sect. II. Cap. III.* §. *VII.*

v. 15.

Προθέλυμνος, ου, ὁ, ἡ, e radice erutus, qui radicitus exſtirpatur. Vid. ad *I. v.* 537.

Ἕλκετο χαίτας, vellebat capillos.

v. 16.

Ὑψόθι, *adv.* in alto, in ſublimi. ab ὕψος, εος, τὸ, altitudo, ſublimitas.

Μέγα — ἔστενε, valde — gemebat.

v. 15. 16.

Lugentes inter alia *comam* quoque *violabant* evulſis pilis. Fecit id ipſum *h. l.* Agamemnon. Achilles quoque *Iliad. XVIII. v.* 27.

— — Χερσὶ κόμην ᾔσχυνε δαΐζων·

— — *Manibus comam deturpabat ſcindens.*

Et ſocii Ulyſſis ituri ad inferos. *Odyſſ. X. v.* 567.

— — Γόων, τίλλοντό τε χαίτας·

— — *Flebant, vellebantque capillos.*

FEITH. *L. III. C. XV.* §. *III.* add. POTT. *Tom. I. p.* 266.

v. 18.

Ἐπὶ — ἐλθέμεν, adire.

V. 19.

Οἱ σὺν, cum eo.

Μῆτιν ἀμύμονα, conſilium bonum.

Τεκτήναιτο, ſtruere poſſet. v. τεκταίνω. Vid. ad E. 62.

V. 20.

Ἀλεξίκακος, ου, ὁ, ἡ, depulſor mali, ſeu malorum, remedium malorum: nam tam de rebus, quam perſonis dicitur. ab ἀλέξω, depello, arceo; & κακὸς, malus.

V. 22.

Pedibus calceos, & cruribus tibialia inducere, antiqui moris non fuit, niſi cum longum ſuſcipiendum eſſet iter, aut egrediendum ad bellum; cum autem calceos inducerent, ſubligabant: paſſim enim apud Homerum legitur:

Ποσσὶ δ' ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα.

(ex. gr. *h. l. Il. B.* 44. &c.) RICC. *Diſſ. Hom. Tom. II. p.* 144.

V. 23.

Δαφοινὸς, *h. l.* rufus, rubens maculis rubris: ſanguine infectus. Conf. *B. v.* 308.

Ἑέσσατο, *pro* ἕσατο, aor. 1. ind. Med. v. ἕννυμι, *ſive* ἕω, induo.

Ἀμφὶ — ἑέσσατο, circumdedit *ſibi*.

V. 24.

Αἴθων *hic* fulvus. Vid. ad *B.* 839.

Ποδηνεκὴς, έος, ὁ, ἡ, uſque ad pedes dependens. ex πῦς, & ἠνεκὴς, έος, ὁ, ἡ, porrectus, protenſus in longitudinem: *interdum* perpetuus, continuus. Ποδηνεκὲς δέρμα λέοντος, pellis leonis ad talos uſque demiſſa, quam geſtabat Agamemnon Heroum more.

V. 25.

Ὣς δ' αὔτως, Eodem autem modo.

V. 26.

Βλέφαρον, ου, τὸ, pellis oculis obducta & illos tegens, palpebra. *Dicitur quaſi* τῦ βλέποντος φάρος, peplum oculi intuentis. *vel*, παρὰ τὸ ἐν τῷ βλέπειν αἴρεσθαι, quod attollamus palpebras, cum cernimus & intuemur.

Ἐφιζάνω, inſideo. ex ἐπὶ & ἱζάνω, ſedere facio: ſedeo.

Μή τι πάθοιεν, ne quid paterentur *infortunii*.

V. 27.

v. 27.

Τοὶ δὴ ἕθεν ἕνεκα] *Qui utique Sui cauſa.* Non enim caret vi & venuſtate iſtud δή. CLARK.

Πυλὺν ἐφ' ὑγρὴν, magnum per mare. Per Ellipſin ſubſtantivi Θάλασσα, dicitur ὑγρή, vel ὑγρά, quod *humidum* notat, pro *Mari.* BOS *Ell. Gr. p.* 84.

v. 28.

Πόλεμον θρασὺν ὁρμαίνοντες, bellum audax molientes.

v. 30.

Στεφάνη, ης, galea *ſæpe*, *ſeu* quicquid coronæ more cingit caput.

v. 30. 31.

Caſſis aliquando ære aut aliis metallis conficiebatur, ut hæc Menelai:

— αὐτὰρ ἐπὶ στεφάνην κεφαλῆφιν ἀείρας
Θήκατο χαλκείην. — — —

— *Sed galeam in capite ſublatam*
Poſuit æream. — — —

POTT. *Tom. II. p.* 21. add. BRUNINGS *Antiq. Gr. Cap. VIII.* §. 4. cet.

v. 32.

Ἀνστήσων ὃν ἀδελφεὸν, excitaturus *vel* excitatum ſuum fratrem.

Μέγα πάντων Ἀργείων ἤνασσε, ſummum cunctos in Argivos imperium habebat.

v. 38.

Ὀτρύνεις Τρώεσσιν ἐπίσκοπον; Hortari vis, qui Trojanos exploret?

Ἐπίσκοπος, ου, ὁ, inſpector, explorator, ſpeculator, ab ἐπισκέπτομαι, inſpicio.

v. 40.

Ἄνδρας δυσμενέας, hoſtes.

Σκοπιάζω, ſpeculor, ex ſpecula obſervo. a σκοπιά, ᾶς, ἡ, ſpecula, ſpeculatio.

v. 41.

Θρασυκάρδιος, ου, ὁ, ἡ, audaci præditus corde, audax animo, ferox, qui eſt pectore intrepido. hac voce etiam utitur *Heſiodus* Ἀσπ. *v.* 448. pro ea *Euripides Hippol. v.* 424. adhibet θρασύσπλαγχνος. ex θρασύς, audax; & καρδία, cor.

Ἔϛαι, erit, *pro* debet eſſe. Ita Matth. VI. 5. οὐκ ἔσῃ, non eris, *idem valet ac*, non debes eſſe. PALAIR. ad *h. l.*

v. 43.

Χρειὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σὲ] *Tenet, premit, urget Me Teque neceſſitas atque inopia conſilii.* — CLARK. Opus *eſt* conſilio mihi & tibi.

v. 44.

Κερδάλεος, *h. l.* aſtutus, vafer, callidus; prudens. a κέρδος, lucrum: *aliquando* aſtutia.

v. 45.

Ἐπεὶ Διὸς ἐτράπετο φρήν.] Latine aliter dici non poteſt, quam *Jovis animus eſt mutatus.* ad verbum foret: *Jovis animus ſe mutavit*, quod bene latine non dicitur. ERN.

v. 45. & 46.

Le cœur de Jupiter, Φρὴν, *eſt changé*, *dit Agamemnon: les ſacrifices d'Hector lui ont eſté plus agréables que les noſtres.* Le Deſtin varie: tantoſt il donne l'avantage aux uns, & tantoſt aux autres. Et on attribuë cette variation, à en juger par les effets, aux ſacrifices des victorieux, que l'on ſuppoſe avoir eſté plus agréables que ceux des vaincus. *Apologie d'Homere*, *p.* 94. 95.

v. 46.

Ἑκτορέοις — ἱεροῖσιν] ταῖς τοῦ Ἕκτορος θυσίαις. *Schol.*

Ἱερὸν, τὸ, *Subſtantive*, ſacrificium, victima.

Ἐπὶ φρένα θῆκ', animum adjecit.

v. 47.

Ἰδόμην, vidi.

Ἔκλυον (ἐκ *vel* παρὰ) αὐδήσαντος, audivi, qui diceret.

v. 48.

Τόσοσδε, τοσσόσδε, τοσσήδε, tantus: tot. ex τόσος & δε.

Ἐπ' ἤματι, uno die.

Μητίζομαι, *vel potius* μητίομαι, conſilia agito, conſulto. 2.) *h. l.* molior, efficio, ſtruo, machinor. a μῆτις, conſilium.

v. 49.

Ἔρρεξε — υἷας, fecit — *in* filios.

v. 50.

Αὕτως, Talis cum ſit.

Οὔτε θεᾶς υἱός] Non, ut *Achilles*, dea natus. *Achilles* nimirum

nimirum *Agamemnoni*, in anguſtiis conſtituto, ob oculos nunquam non verſabatur. CLARK.

v. 52.

Δολιχὸν, *in* longum *tempus*, longo *tempore*, diu. *plene:* ἐπὶ vel εἰς δολιχὸν χρόνον.

Κακὰ μήσατ' Ἀχαιοῖς· mala ſtruxit Achivis. μήδομαι, curam gero: molior, ſtruo.

v. 55.

Ὀτρυνέω, hortabor, urgebo, incitabo.

Ἀνστήμεναι, ut ſurgat. pro ἀναστῆναι, *Attice* & *Dor.* aor. 2: infinit.

v. 56.

Τέλος *h. l.* agmen, turma.

Ἱερὸν τέλος] Quicquid tutelam hominum gerit, quaſi *ſacrum* videtur; unde hic dicitur ἱερὸν τέλος φυλάκων, & alibi etiam urbis mœnia ἱερὰ appellantur a Poëta: qua ratione etiam *Sophocles* terram ἱερὰν appellat. SPOND.

Ἐπιτεῖλαι, mandare *eis*: conſilium dare.

v. 57.

Κείνου — πυθοίατο, Illum — audient; Illi — obedient.

v. 58.

Σημαίνω *h. l.* præſum, præcipio, impero.

v. 59.

Ἐπετράπομεν, commiſimus.] ἐπετρέψαμεν, ἐξουσίαν δεδώκαμεν. *Schol.*

v. 61.

Πῶς γάρ μοι] Refertur iſtud γὰρ non ad id, quod proxime præceſſit, ſed ad id, quod elegantiſſime reticetur. *Neſcio quid faciam*: NAM &c. Vide ſupra ad *E.* 22. CLARK.

v. 62.

Αὖθι μένω; Ibine maneam?

Δεδεγμένος, præſtolans.

v. 63.

Ἦε θέω μετά σ' αὖτις; An recurram ad te?

Εὖ, diligenter. Ἐπιτείλω, mandavero.

v. 65.

Αὖθι μένειν, Ibi mane.

'Αβϱοτάζω, noctu vagor. 2.) *b. l.* in via aberro. ab ἀβϱότη, ης, ἡ, nox.

'Αλλήλοιϊν, alter ab altero. Defectivum ἀλλήλων redditur modo Adverbialiter *invicem*, *mutuo*: modo Nominaliter *alter*, *alterum*: modo per Pronomen *inter ſe.* WELL. *Gramm. p.* 146.

v. 67.

Φθέγγεο, Clama. v. φθέγγομαι, loquor, vocem edo, clamo, *ut hic.*

Ἧι κεν ἴῃσθα, qua iveris. aor. 2. ſubj. v. εἶμι.

'Εγϱήγοϱθαι, vigilare. *pro* ἐγϱηγοϱέναι, pleonaſmo τοῦ θ· & Syncop. litterarum ε & ν. Eſt præt. infinit. Med. cujus Indicat. ἐγϱήγοϱα, v. ἐγϱηγοϱέω, vigilo.

Ἄνωχθι, jube. præſ. imperat. pro ἀνώγηθι, *per Sync.* ab ἀνώγημι, jubeo.

v. 68.

Πατϱόθεν ἐκ γενεῆς, a patre & ſtirpe *ſua. Schol.* ἐκ πατϱῴου γένους· ἢ, ἀπὸ πϱογόνων· ὀνόματι πατϱῴῳ, καὶ τὸ κατὰ γενεάν.

v. 69.

Κυδαίνω, celebro, laudo: honorifice nomino. a κῦδος, τὸ, gloria.

Μεγαλίζεο, ſuperbias. v. μεγαλίζω, magnifice effero, extollo. μεγαλίζομαι, magnifice efferor, elatus ſum, ſuperbio. a μέγας.

v. 71.

'Επὶ — ἵει, injecit. pro ἵεε, *hoc autem* pro ἵῃ. ab ἵῃν, imperf. v. ἵημι, mitto, injicio.

Γεινομένοισιν, naſcentibus.

Κακότης, ητος, ἡ, malitia. *b. l.* malum, calamitas, ærumna. a κακός.

v. 78.

Ζώννυθ', Cingebatur.

v. 79.

'Επέτϱεπε γήϱαϊ λυγϱῷ, indulgebat ſenectuti triſti.

v. 81.

'Εξεϱεείνετο μύθῳ, interrogabat verbis.

v. 83.

v. 83.

Ὀρφναῖος, αίη, αῖον, tenebricoſus, obſcurus. 2.) niger, ater. ab ὄρφνη, ης, *Dor.* ὄρφνα, ας, ἡ, tenebræ, obſcuritas: nox.

v. 84.

Οὐρεὺς, έως, *Jon.* ῆος, ὁ, cuſtos. *ab* ὁρᾷν, videre.

v. 85.

Ἔπ' ἐμ' ἔρχεο· ad me accede.

v. 88.

Εἴσεαι, Agnoſces.

v. 89.

Ἐνέηκε πόνοισι, conjecit in labores.

v. 91.

Πλάζω, facio errare, errabundum huc illuc agito. 2.) erro, jactor. πλάζομαι, erro, vagabundus jactor.

v. 92.

Ἱζάνω, ſedere facio. 2.) *h. l.* ſedeo, inſideo, ab ἵζω, *idem.*

v. 93.

Δαναῶν πέρι, de Danais.

Δείδια, timeo. præt. ind. Med. *Poët.* pro δέδια, v. δείδω.

Οὐδέ μοι ἦτορ Ἔμπεδον,] *mon cœur eſt continuellement agité.* DAC.

v. 94.

Ἀλαλύκτημαι, erro, moleſte fero, metuo, non ſum animi compos, mentis ſum attonitæ. *Poët. verbum.* ab ἀλυκτέω, *idem:* cum pleonaſmo τοῦ λα. *Vel* ab ἀλύσσω, anxius ſum: indignor: inſanio, non ſum compos mentis: tremo.

Κραδίη δέ μοι ἔξω Στηθέων ἐκθρώσκει,] Cic. *Toto pectore tremere.*

v. 95.

Ὑπὸ, ſubtus.

v. 96.

Δραίνω, facio: agere cogito; agere poſſum. a δράω, facio.

v. 97.

Καταβείομεν, deſcendamus. aor. 2. ſubj. *Poët.* pro καταβῶμεν. v. καταβαίνω.

v. 98.

Καμάτῳ ἀδδηκότες, labore defatigati. ἀδδηκότες, de^c e^T. præt. part. Act. *Poët.* pro ἀδηκότες, v. ἀδέω, laboribus deſeſſus ſum: tædio afficior.

Ὕπνῳ (δεδμημένοι,) ſomno (*oppreſſi.*)

v. 99.

Ἐπὶ — λάθωνται, obliti ſint.

v. 101.

Μενοινάω, ῶ, impetu quodam animi concitatus cupio, animo agito, cogito. a μενοινὴ, ῆς, ἡ, impetus *ſeu* cupiditas animi ad aliquid agendum. *quod* a μένος, εος, τό, animi ardor, impetus.

v. 104.

Οὐ θην, *adv.* non equidem, non ſane, non omnino, nequaquam.

v. 105.

Που, *adv.* fortaſſe. *h. l.*

v. 106.

Μοχθήσειν, laboraturum. v. μοχθέω, ῶ, laboro: laboribus & ærumnis premor. a μόχθος, ου, ὁ, labor, ærumna.

v. 107.

Μεταστρέψῃ, converterit.

v. 108.

Προτὶ *hic* inſuper.

v. 111.

Ἀλλ' εἴτις καὶ τοῦδε] Elegantiſſima Apoſiopeſi in hujusmodi locutionibus reticeri ſolet ſententiæ Apodoſis: καλῶς ἂν ἔχοι, aut ſiquid ſimile. Vide ſupra ad *Α*. 135. CLARK.

Μετοιχόμενος καλέσειεν, adiens vocaret.

v. 113.

Ἑκαστάτω, longiſſime, maxime procul. *Superlat.* ab ἑκὰς, *adv.* procul, eminus. ἑκαστέρω, ulterius, magis procul. *Comparat.*

v. 114.

Περ *hic* licet.

v. 115.

Εἴπερ, etiamſi.

v. 116.

V. 116.

Ὡς *h. l.* Quoniam.

V. 117.

Κατὰ *hic* circa.

V. 118.

— Χρειὼ γὰρ ἱκάνεται οὐκέτ' ἀνεκτός.
— Neceſſitas enim urget non jam tolerabilis.

V. 120.

Αἰτιάασθαι, (*Poët.* pro αἰτιᾶσθαι,) *eum* accuſare. V. αἰτιάομαι, ῶμαι, cauſſam attribuo *ſeu* aſſigno, imputo: accuſo, culpo, incuſo. ab αἰτία, ας, cauſſa: culpa: accuſatio.

V. 121.

Μεθίημι, *h. l.* ceſſo, negligens ſum, ignave me gero.

V. 123.

Ἐμὴν ποτιδέγμενος ὁρμήν, meum exſpectans nutum, *vel*, exſpectans, dum ego incipiam.

V. 124.

Ἐπέγρετο, ſurrexit. Imperf. ind. Med. *per Sync.* pro ἐπεγείρετο, V. ἐπεγείρω, excito.

Ἐφίστημι, ſiſto juxta —, appono, admoveo. *h. l. Neutraliter*, adſiſto.

V. 127.

Ἵνα γάρ σφιν] ἐκεῖ γὰρ αὐτοῖς. *Schol.*

Ἐπιφράζω, indico. *item*, moneo, admoneo. ex ἐπὶ, & φράζω, dico: jubeo. *aor.* 2. ἔφραδον.

Ἠγερέεσθαι, ut congregarentur.

V. 133.

Περονάω, ῶ, fibula ſubnecto, fibulo. 2.) trajicio, *veluti fibula.* a περόνη, ης, fibula.

Φοινικόεις, όεσσα, όεν, Phœniceus, purpureus, puniceus. a φοῖνιξ, ικος, ὁ, palma, *arbor:* color ruber *ſeu* puniceus, qualis eſt palmulæ.

V. 134.

Ἐκτάδιος, ου, ὁ, ἡ, extenſus, exporrectus. 2.) amplus, qui longe lateque extendi poteſt. ab ἐκτείνω, extendo.

Οὖλος, η, ον, integer, ſanus, perfectus. 2) tener, mollis. 3.) *h. l.* criſpus, contortos crines habens. *Jon.* pro ὅλος.

Ἐπενήνοθε, ſuper *eam* floreſcebat: inerat. Vid. ad *B.* 219.

V. 135.

Ἀκαχμένος, *pro* ἠκασμένος, acutus: *mutato* σ *in* χ, & *omiſſo augmento*, præt. part. Paſſ. v. ἀκάζω, acuo. ab ἀκὶ, acies.

V. 139.

Φθεγξάμενος, Vociferans.

Τὸν δ' αἶψα περὶ φρένας ἤλυθ' ἰωή, Illi autem continuo ad animum acceſſit vox; διοτὶ ἦλθε τῆς φωνῆς, ἤκουσεν. *Schol.*

V. 142.

Ὅτι δὴ χρειὼ τόσον ἵκει; *quid eſt* quod jam neceſſitas adeo urgeat? *Vel*, quænam neceſſitas tanta advenit?

V. 145.

Μὴ νεμέσα, Ne indigneris.

Βεβίηκεν, oppreſſit. v. βιάω, vim affero, urgeo, opprimo. a βία, vis.

V. 146.

Ἕπευ, ſequere.

Ἔοικε, convenit.

V. 147.

Βουλὰς βουλεύειν, Conſilia agitare. Quodvis verbum admittit Accuſativum Nominis ab eo deducti, vel cognatæ ſignificationis. WELL. *p.* 314. FISCH. *Anim. p.* 325. *ſq.* Vide ad *B. v.* 788.

V. 149.

Βῆ δὲ μετ' αὐτούς· ſecutusque eſt eos.

V. 152.

Ὑπὸ κρασὶν, ſub capitibus.

V. 153.

Haſtæ cuſpis, *græce* αἰχμὴ, ahenea erat, nec non σαυρωτὴρ, ſic dictus, vel quaſi σταυρωτὴρ, a σταυρὸς, *crux*; aut a σαῦρος, *lacerta*, cujus ſpeciem (ut ajunt) referebat, ab una parte, qua extremæ haſtæ inſerebatur, recurvus, altera vero acuminatus, qui humi infixus haſtam erectam ſuſtinebat, quotiescunque milites a laboribus quieſcebant; juxta *Euſtathium* & *Pollucem Lib. I. Cap. V.* Inde Homerus *h. l.* de Diomedis comitibus verba faciens, ſic ait:

— ἀμφὶ

— — ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
Εὗδον· ὑπὸ κρασὶν δ' ἔχον ἀσπίδας· ἔγχεα δέ σφιν
Ὀρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο. ——
— — *circumque ſocii*
Dormiebant : ſub capitibus autem habebant ſcuta: haſtæque ipſis
Erectæ in cuſpide poſteriore fixæ erant. ——
riſtoteles de Arte Poët. eundem morem apud Illyricos ſua ætate obtinuiſſe teſtatur, qui videtur ad alias gentes perveniſſe ; ut liquet ex 1. *Sam. XXVI. v.* 7. ubi Saul dicitur obdormiviſſe , haſta juxta caput terræ infixa. POTT. *Tom. II. p.* 31. 32. FEITH. *L. IV. C. IX. §. I.*

Ἐλήλατο , Vid. ad Δ. 135.

v. 154.

Λάμφ' , Splendebat.

Ἀστεροπὴ, ῆς, ἡ, fulgur. ab ἀστράπτω , fulguro.

v. 155.

Ὑπὸ — ἔστρωτο , ſubſtraverat. v. ὑποστρώννυμι , & νύω, ſubſterno , ſtratum ſubjicio. ex ὑπὸ & στρώννυμι, & νύω, ſterno.

Ἄγραυλος, ου, ὁ, ἡ, in agro ſtabulans *ſeu* pernoctans; agreſtis. ex ἀγρὸς , ager ; & αὐλὴ , aula , ſtabulum.

v. 156.

Ὑπὸ κράτεσφι , ſub capite.

Tapetes quoque villoſi magnum habuere in lectis uſum. hinc Hom. *h. l.*

Αὐτὰρ ὑπὸ κράτεσφι τάπης τετάνυστο φαεινός·
At ſub capite tapes extenſus erat ſplendidus.

ubi *cervical* intelligi videtur ; unde & προσκεφάλαιο vertit *Heſychius.* voc. Τάπης. FEITH. *L. III. C. VIII.* §. *V.* add. PITISCI *Lex. Antiq. Rom. Tom. III. p.* 543.

v. 158.

Λὰξ ποδὶ κινήσας , Calce pedis movens.

v. 159.

Ἔγρεο , Surge.

Ἀωτέω , ῶ , flores carpo. ὕπνον ἀωτεῖν , dormire ſomnum ſuavem , curis ſolutum , & *quaſi* floridum. ab ἄωτον, ου, τὸ , flos.

v. 160.

v. 160.

Ἀΐω, *Poët.* audio.

Θρωσμὸς, ȣ̃, ὁ, tumulus, collis, eminentior locus, qui *quaſi* e terra ſubſilit. a θρώσκω, ſalio, inſilio.

v. 161.

Ἐρύκει, arcet *eos a nobis*; diſtinet: διείργει, κωλύει. Schol.

v. 162.

Καρπαλίμως, *adv.* celeriter, velociter, cito. a καρπαλιμὸς, ἡ, ὸν, celer, velox.

v. 164.

Σχέτλιός ἐσσι,] *Nimium arduus es.* Vim hujus vocis non aſſecutæ ſunt Verſiones. CLARK. Quare autem *arduus?* σχέτλιος eſt *ærumnoſus*, *exercitus*, qui ſe nimis fatigat atque exercet laboribus. ERN. Diomede ne ſe plaint pas d'avoir été éveillé, il ſe plaint ſeulement, que Neſtor, vieux comme il eſt, ne ſe ménage pas mieux, & qu'il ſe donne tant de peine. DAÇ.

v. 165.

Οὐ νυ; An non?

v. 167.

Ἀμήχανός ἐσσι,] Et hujus vocis vis fere eadem eſt, ac ſuperioris. CLARK. Les Grecs appelloient ἀμηχάνους ceux qui ne ſavoient pas s'aider, & qui au milieu de toutes les commoditez, dont ils auroient pû ſe ſervir pour s'épargner des fatigues, ne laiſſoient pas de ſe tourmenter. DAC. indefatigabilis: nulla arte a *labore* revocabilis es.

v. 171.

Καλέσσειεν, vocare *ſeu* accerſere poſſet.

v. 172.

Ἀλλὰ μάλα μεγάλη χρειὼ βεβίηκεν Ἀχαιούς.

Verum valde magna neceſſitas oppreſſit Achivos.

v. 173.

Ξυρὸν, ȣ̃, τὸ, culter tonſorius, novacula. a ξυρὸς, acutus: Ἀκμὴ, ῆς, ἡ, cuſpis, acies.

Ἐπὶ ξυρȣ̃ ἀκμῆς ἵςαθαι *dicitur* res, quæ in ſummo diſcrimine ſita eſt. verbat. *in acie*, (hoc eſt: *ſub aciem*) *novaculæ conſtituta.* Hæc locutio, ut eſt venuſta, ita etiam Poëtis placuit. ita *Homerus h. l.*

Νῦν

Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυρῦ ἵϛαται ἀκμῆς,

Nunc enim jam (res) omnibus in novaculæ ſitæ ſunt acie.
Adde *Theogn. v.* 557.

— — Κίνδυνός τοι ἐπὶ ξυρῦ ἵϛαται ἀκμῆς.

Vel cum verbo ἔχεσθαι: quemadmodum *Herod. Erat. C. XI.* Ἐπὶ ξυρῦ γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πράγματα· *In ſummo periculo res noſtræ verſantur.* VIG. *C. IX. S. III. R. XV. & N.* 55.

Parœmia eſt elegans & celebris, qua ſummum & extremum periculum ſignificatur: Quam *Euſtathius* ſumtam dicit a vulneribus, quæ jam incidi novacula oportet: ἐκ τῶν τραυμάτων, ἃ τομῆς ἤδη δέονται. *Theocritus* etiam uſurpavit *in Dioſcuris*: ἀνθρώπων σωτῆρες ἐπὶ ξυρῦ ἤδη ἐόντων· ubi Interpretes volunt, hoc proverbium ſumtum a circulatoribus, qui in cuſpide gladiorum ingrediuntur: aut ab iis, qui ferrum manu contrectant, ut refert etiam *Eraſm. Adag. Chil. I. Cent. I. prov.* 18. Huic autem adagio ſimilia ſunt: *inter ſacrum & ſaxum*; &, *inter malleum & incudem*: de quibus vide eundem *Eraſmum*. Hoc autem loco, cum illud ἐπὶ ξυρῦ ἀκμῆς obſcurius videretur, ſubjicit Homerus illuſtrationis gratia:

Ἠ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.

Ubi tamen ſuperfluum mihi videtur, ἠὲ βιῶναι. Nam quæ ſpes tandem ſalutis in his rerum anguſtiis apparebat, ut eam etiam conciperent? Imo potius omnia ruinam & perniciem minitabantur: & hoc ipſum eſt *in acie novaculæ eſſe*, ubi res plane ſunt deploratæ. Poteſt tamen tolerari propter conſtructionem, quæ id poſtulat. SPOND.

V. 174.

Ἠ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.

Utrum valde triſte exitium *futurum ſit* Achivis, an vita.

V. 180.

Ἐν *h. l.* ad.

Γένοντο, perveniſſent.

V. 182.

Ἐγρηγορτὶ, *adv.* vigilanter. v. ἐγρηγορέω, vigilo.

V. 183.

Δυσωρέω, ῶ, difficulter cuſtodio. ex δὺς & ὧρος, ὁ, cuſtos.

V. 148.

v. 184.

Καρτερόφρων, ονος, ὁ, ἡ, fortis; prudens. *h. l.* truculentus, ferox. a καρτερὸς & φρήν.

v. 185.

Δι' ὄρεσφι, de montibus.

v. 186.

'Από — ὄλωλεν, periit.

v. 189.

Φυλασσομένοισι] ἀντὶ τοῦ, φυλασσόντων· excubias agentibus.

v. 189.

Τετράφατο, converſi erant. *Jon.* pro τετραμμένοι ἦσαν. v. τρέπω, verto.

'Επὶ Τρώων ἀΐοιεν ἰόντων, Trojanos audirent invadentes.

v. 190.

Θάρσυνέ τε μύθῳ, confirmavitque oratione.

v. 193.

Χάρμα, τὸ, gaudium. *h. l. autem, quod gaudium & lætitiam afferat*, ludibrium.

v. 194.

Τάφροιο διέσσυτο, foſſam tranſiit.

v. 195.

Κεκλήατο βουλὴν, vocati erant ad conſilium.

v. 196.

Τοῖς δ' ἅμα — Cum his autem —

v. 197.

Ἤϊσαν, Iverunt. aor. 1. ind. *Poët.* pro ἤεισαν, v. εἶμι, eo.

Κάλεον, vocabant.

Συμμητιάασθαι, ut ſimul conſultarent. v. συμμητιάομαι, ῶμαι, una ineo conſilium: conſilium do.

v. 198.

'Εκδιαβάντες, transgreſſi. v. ἐκδιαβαίνω, tranſeo.

'Εδριάομαι, ſedeo. *unde* ἑδριόωντο, pro ἑδριῶντο, ἑδριάοντο.

v. 200.

Πιπτόντων, Occiſorum.

'Απετράπετ', converſus fuerat.

v. 201.

'Ολλὺς, Poſtquam perdidiſſet.

V. 202.

Πιφαύσκω, *inſerto* υ, pro πιφάσκω. hoc vero *per reduplicationem* fit a φάσκω, *idem quod* φημὶ, dico, loquor.

V. 204.

Ὀυκ ἂν δή τις ἀνὴρ] Vim habet iſtud δὴ perquam elegantem. *Annon aliquis, obſecro &c.* CLARK.

Ὀυκ ἂν; nonne? annon?

Πεπίθοιθ', *pro* πεπίθοιτο, confiſus erit.

V. 205.

Τολμήεις, ήεσσα, ῆεν, audens, audax, intrepidus. a τόλμα, ης, ἡ, audacia.

Μετὰ *hic* ad.

V. 206.

Ἐσχατόωντα, in extremis caſtris errantem. ἐσχατόωσα, *Iliad. B. v.* 508.

V. 207.

Φῆμις, εως, ἡ, ſermo, verbum, rumor, fama. a φημὶ, dico.

Ἐνὶ *hic* inter.

V. 208.

Μετὰ σφίσιν, inter ſe.

Ἦ μεμάασιν — Utrum in animo habeant —

V. 209.

Ἀπόπροθι, *ſeu* θεν, procul, e longinquo, eminus.

Ἠὲ πόλινδε — An ad urbem —

V. 211.

Ταῦτά κε πάντα] Non ſupervacaneum eſt iſtud κε. *Hæc utique omnia &c.* CLARK. Senſit Clarkius, ut opinor, hic eſſe aliquid duri: quod voluit emollire *fortaſſe* addito. Sed ſenſus deſiderat: *Hæc ſi audierit &c.* Sed illud *ſi* intelligendum e *v.* 206. ERN.

V. 212.

Ἀσκηθὴς, έος, ὁ, ἡ, non læſus, incolumis.

Μέγα κέν οἱ] *Magna certe ei gloria &c.*

Ὑπουράνιος, ου, ὁ, ἡ, qui *ſub cælo* eſt; cœleſtis.

V. 213.

Ἐπὶ *h. l.* apud.

Δόσις, εως, ἡ, donum, donatio. a δίδωμι.

Δόσις ἐσθλὴ, præmium egregium.

V. 214.

V. 214.

Ἐπικραίνω, impero.

V. 215.

Οἶν — μέλαιναν, ovem — nigram:] Non ſeulement à cauſe de la rareté, mais encore pour faire voir que la couleur du troupeau marqueroit en quelque façon la nature du ſervice, d'être allé pendant les ténébres épier le camp ennemi. DAC.

V. 216.

Ὑπόῤῥηνος, ου, ὁ, ἡ, agnum ſub ſe *vel* in ſe habens: agnum ubere alens. ex ὑπὸ & ῥὴν, νὸς, ὁ, ovis. *vel* ἀρς, ἀρνὸς, agnus.

Κτέρας, αος, τὸ, poſſeſſio: donum. a κτάομαι.

V. 217.

Δαίτη, ης, ἡ, epulum, epulæ, convivium. a δαίω, epulor, edo.

Εἰλαπίνη, ης, ἡ, epulum, convivium opiparum, compotatio.

V. 218.

Οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν] Quæ ſit hujus ſilentii Procerum cauſa, non facile dixeris. Non fuit enim puſillanimitas, quia ea etiam fuiſſet in Diomede, cui procul dubio hoc quoque ſilentium attribuitur: deinde ſinguli fortitudinem ſuam teſtatam facient, cum ſe Diomedi ſocios adjungere certabant. Fuit ergo fortaſſe mutua quædam illorum Heroum inter ſe reverentia, ne inferiores ſuperioribus loquendi principatum præriperent: cujusmodi etiam ratio potuit antea eſſe *Lib. III.* ubi poſt ſilentium tandem Menelaus, quem adhuc tacere non oportebat, cum ad eum directe totum negotium ſpectaret, loquutus eſt. Aut ſi hoc non fuerit, neſcio quid prudentiæ in illis comminiſcendum eſt, qui temere & præcipitanter non loquantur; ſed re, de qua agitur, diligentius expenſa & examinata. SPOND.

V. 223.

Θαλπωρὴ, ῆς, ἡ, fomentum: *h. l.* ſolamen, ſpes, fiducia. a θάλπω, foveo.

Θαρσαλέος, έα, έον, *E. v.* 602. *h. l.* θαρσαλεώτερον, plus audaciæ, major fiducia.

V. 224.—

V. 224. — 226.

Σύν τε δύ' ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησεν,
Ὅππως κέρδος ἔῃ. μοῦνος δ' εἴπερ τε νοήσῃ,
Ἀλλά τε οἱ βράσσων τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.

Euntibus namque ſimul duobus, alter ante alterum intelligit,
Quid utile ſit; ſolus vero etſi intelligat,
Tamen ei tardior animus eſt debiliusque conſilium.

In genere notandum, Conjunctionem δὲ in continuanda narratione frequentiſſimam eſſe, non ſenſu adverſativo, ſed potius copulativo: *item* particulam τε prorſus ſine ſignificatione otioſe poni ſæpiſſime vel ſolam, vel cum δέ. — Habes in his tribus Verſiculis Expletivam τε ſexies. Plura ſuppeditabit frequens Poëtarum lectio. WELL. *Gramm. Gr. p.* 401. *ſq.*

V. 226.

Βράσσων, ὁ, ἡ, *Comparat. Poët.* pro βραδίων. a βραδύς, εῖα, ύ, tardus, ſegnis: tardus ingenio.

Λεπτὸς, *h. l.* exiguus, parvus.

V. 228.

Ἤθελεν, Volebant.

V. 235.

Αἱρήσεαι, eliges: elige, delige.

V. 236.

Φαίνομαι, *h. l.* adſum, præſto ſum, in conſpectu ſum.
Μεμάασι, promti ſunt.

V. 237.

Αἰδόμενος, reveritus.
Ἀρείω, fortiorem.

V. 238.

Καλλείπειν, Relinquas.
Χείρον' ὀπάσσεαι, deteriorem comitem eligas.
Καλλείπειν, σὺ δὲ χείρον'] Poſterior iſta σὺ, quæ a linguarum recentiorum ratione maxime abhorret, quantum

tum in lingua Græca habeat, atque etiam Romana venuſtatis, vide ſupra ad Γ. *v.* 409. CLARK. *Ne reſpectez ni le rang, ni la naiſſance; que le mérite ſeul ait part à ce choix.* BIT.

V. 239.

Ἐς γενεὴν ὁρόων, Ad genus reſpiciens.

V. 240.

Περὶ *h. l.* de.

V. 243.

Λαθοίμην, obliviſci potero, *vel* poſſem.

V. 244.

Πέρι, eximie.

V. 247.

Νοστήσαιμεν, redierimus.

Πέρι οἶδε νοῆσαι, eſt admodum peritus conſilii: valde novit conſulere: valde prudens eſt.

V. 249.

Αἴνεε, lauda.) (νείκει, vitupera.

V. 251.

Ἄνω, *Poët.* pro ἀνύω, & ἄνομαι, pro ἀνύομαι, perficio, conficio, perago. *h. l.* ad finem propero, feſtino.

V. 252.

Ἄστρα — προβέβηκε, Stellæ — multum proceſſerunt. ſic dicitur, ut νὺξ προέκοψε, Rom. XIII. 12. ad quem locum vide L. BOS. WOLFII *Cur. Philol.* RAPH. *Annotat.* alios.

Παρῴχηκεν, præteriit. præt. ind. Act. v. παροίχομαι, prætereo.

Πλέων νὺξ, major noctis portio.

V. 253.

Τῶν δύο μοιράων, Duarum partium. μοῖρα *hîc* pars.

Λέλειπται, reliqua eſt.

V. 251.—

v. 251. — 253.

Nec nox Homeri tempore partium prorſus erat expers. Erat enim τριφύλακτος, ſive *in tres vigilias diſtincta*, ut conſtat ex *h. l.* Et *Lib. XII. Odyſſ.*

Ἦμος δὲ τρίχα νυκτὸς ἔην μετὰ δ' ἄστρα βεβήκει.

Quando autem tertia pars noctis erat, & aſtra inclinarunt. Et *Lib. XIX. Odyſſ.*

Ἀλλ' ὅτε δὴ τρίχα νυκτὸς ἔην,
Sed cum jam tertia pars noctis eſſet.

Ubi recte *Scholiaſtes* ad *locum primum*: τριφύλακτον γὰρ θέλει εἶναι τὴν νύκτα· *Vult enim, noctem eſſe trium vigiliarum* vel *cuſtodiarum*. Et *Joſephus Scaliger* in notis *in Sphaeram Manilii*: Troicis temporibus, jam tum norant homines, vigilias noctis ſignis coeleſtibus dependere? Quod *primus* bello Trojano inſtituit Palamedes. REIMM. *Ilias poſt Hom. Sect. IV. Cap. VIII. §. VI.*

v. 254.

Ὣς εἰπόνθ' — ἐδύτην. Sic locuti — induerunt *ſc.*] *Diomedes* & *Ulyſſes*.

v. 256.

Ἀμφήκης, εος, ὁ, ἡ, utrinque acutus, anceps. ex ἀμφὶ & ἀκὴ, mucro, cuſpis: ἀμφὶ ἀκὴν ἔχων.

v. 257.

κεφαλῆφιν ἔθηκε, capiti impoſuit.

v. 258.

Ταύρειος, εία, ειον, taurinus. a ταῦρος, ου, ὁ, taurus.

Ἄφαλος, ου, ὁ, ἡ, clavis *ſeu* ſcutulis ex auro ſplendentibus non inſignis. 2.) ſine cono *aut* criſta. ex α priv. & φαλὸς, ſplendidus. *item* conus galeæ.

Ἄλοφος, ου, ὁ, ἡ, criſtam non habens. ex α priv. & λόφος, ου, ὁ, cervix: criſta.

Καταῖτυξ, υγος, ἡ, *galea* genus depreſſum, & ſine criſta: παρὰ τὸ κάτω τετύχθαι. *Silio Italico* latine appellatur *Cudon*.

v. 257. 258.

Caſſis conficiebatur frequentius *ex pellibus animalium*: unde natæ ſunt variæ appellationes ab animalium nominibus deſumtæ; cujusmodi apud *Hom.* ἰκτιδέη, ταυρείη, ἀλωπεκέη, λεοντέη, αἰγείη, & aliæ, quarum uſitatiſſima κυνέη, *ex cute canina conſtans. Euſtathius* interpretatur ποτάμιον κύνα, *canem aquaticum*, cujus uſus apud Veteres tam vulgo obtinebat, ut ſæpius pro ipſa galea ſumatur, etſi ex diverſa materia conflata, teſte Homerō *h. l.*

Hæ cutes villoſæ geſtabantur, & ad majorem terrorem dentibus quaſi in hoſtem ringentibus non raro armatæ. Ad hunc morem miles apud *Virgil. Æneid. Lib. VII. v.* 666. in publicum prodit:

Ipſe pedes tegmen torquens immane leonis,
Terribili impexum ſeta cum dentibus albis,
Indutus capiti, ſic regia tecta ſubibat.

Non abſimili galea ſuum Ulyſſem inſtruit Homerus *Iliad. K. v.* 261. *ſqq.* POTT. *Tom. I. p.* 21. 22. add. FEITH. *L. IV. C. VIII.* §. *I.*

Quædam ex galeis antiquis criſta aut cono plane carebant. Hoc galeæ genus dicitur καταῖτυξ, ut diſcere eſt ex *h. l.* POTT. *Tom. II. p.* 24.

v. 259.

Κέκληται, vocatur. 'Ρύεται, tuetur.

v. 262.

(ἐκ) 'Ρινοῦ ποιητήν· Ex pelle factam. *Materia*, e qua aliquid fit, quum Genitivo exprimitur, ſuppreſſam habet præpoſitionem ἐκ. BOS *Ell. Gr. p.* 315.

v. 263.

'Εντέτατο στερεῶς, Illigata erat firmiter.

v. 264.

῟Υς, ὑὸς, ὁ, ἡ, *idem quod* σῦς, ſus, porcus, aper.

Θαμὴς, έος, ὁ, ἡ, *idem quod* θαμειὸς, *A. v.* 52. creber, frequens

frequens. hinc θαμέες, & θαμέας, Nomin. & Accuſ. plur. apud Poëtas.

Ἔχω, *h. l.* munio.

v. 265.

Πῖλος, ȣ, ὁ, pileus.

Nullum profecto *pileum*, quali nos utimur, in *Homero* reperire licet, quod certe mirum eſt; nam *Heſiodus* Homero ferme coævus pileum memorat (*in Oper. v.* 543. *ſq.*)

——— κεφαλῆφι δ' ὕπερθεν.
Πῖλον ἔχει. ———

——— *capiti autem deſuper aptum*
Pileum habet. ———

Πῖλον *pileum* quidem ſemel Homerus nominat, ſed eo nomine intelligit coactile illud ex lana villisque, quod mediam galeæ partem interius obibat, ne capiti eſſet gravior.

——— μέσσῃ δ' ἐνὶ πῖλος ἀρήρει.

— in media autem pileus *lana compacta* aptatus erat. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. II. p.* 145. FEITH. *L. III. C. VII.* §. *I.*

v. 266.

Τόν ῥά ποτ' ἐξ Ἐλεῶνος] *Hanc utique galeam olim ex Eleone &c.* Vim enim habet vocula ῥα in connectenda ſententia cum eo, quod præceſſit, v. 261. CLARK. Pour relever le prix de ce caſque il en fait l'hiſtoire, comme il a fait ailleurs celle du ſceptre d'Agamemnon. DAC.

Ἐλεῶνος] Ἐλεὼν, πόλις Βοιωτίας. } *Schol.*
Ὀρμενίδαο] Ὀρμένȣ παιδός. }

v. 267.

Ἐξέλετο, Ademerat.

Πυκινὸν δόμον, ſolidam, *vel* elegantem domum.

Ἀντιτορέω, ῶ, transfodio, perfodio. ex ἀντὶ & τορέω, fodio.

v. 268.

Σκάνδειαν δ' ἄρα δῶκε, *In* Scandia autem dedit] Ex ſtilo *Homerico* conjecerim equidem, intercidiſſe hic forſitan verſiculum; adeoque vocem Σκάνδειαν extitiſſe ex corrupto

Hominis cujusdam nomine, qui galeam ab *Autolyco* acceptam tradiderit ſcilicet *Amphidamanti*. Sed conjecturis non temere indulgendum. CLARK.

v. 269.

Ξεινήϊον εἶναι, hoſpitale munus ut eſſet.

v. 271.

Δὴ τότ'] Legitima ratio deſiderat ἢ vel αὐτὴ δὲ τότ, ut mox v. 294. & ſexcentis aliis locis. Sed articulus vel pronomen intelligi debet; hujusque rationis etiam alia ſunt apud Homerum exempla. ERN.

Ἀμφιτεθεῖσα, circumpoſita. v. ἀμφιτίθημι, circumpono.

v. 273.

Λιπέτην, reliquerunt.

Κατ' αὐτόθι, illic.

v. 274.

Ἐρωδιός, ὃ, ὁ, ardea, ardeola: *avis ſpecies*.

v. 274. 275.

Noctuæ pro inauſpicatis alitibus plerumque habebantur; ſed Athenis victoriam & res proſperas ominabantur, quia Minervæ, illius civitatis præſidi Numini, ſacræ erant; unde natum eſt proverbium, γλαὺξ ἵπταται, quod de iis, qui ſuorum inceptorum felicem exitum aſſequuntur, vulgo dicebatur. Themiſtocli enim in ſummo navis tabulato conſilia cum ceteris præfectis agitanti, iisque in diverſam ab illo ſententiam abeuntibus, qui pugnæ fortunam tentare recuſabant, noctuam a dextro navis latere viſam, & malo inſidentem illorum animum ita accendiſſe, ut pugnandum eſſe unanimiter conſenſerint, & ad prælium ſine mora ſe accinxerint, tradit *Plutarchus* in *Themiſtocle*. Sed aliis in locis noctuas pro infelicibus ominibus acceptas fuiſſe, ſi iis, qui rem ſeriam agebant, apparuiſſent, narrat *Ælianus Hiſtor. Animal. Lib. X. Cap.* 37. Exemplum nobis ſuppetit in Rege Pyrrho, cujus mortem dedecoroſam, qua Argis occubuit, noctuam in ſummitate haſtæ, quam manu geſtabat, reſidentem prædixiſſe refer-

refertur. Quocirca Diomedi & Ulyſſi caſtra Trojana nocte, quo tempore noctuæ in publicum prodire ſolent, explorantibus pro bono omine ἐρωδιὸν, aut *ardeam*, miſiſſe Minervam, tradit Hom. *h. l.* In quem locum *Euſtathius* aſſerit, illam alitem iis, qui inſidias aut alios quosvis dolos ſtruebant, felicia omina tuliſſe. POTT. *Tom. I. p.* 349. add. Baniers Götterlehre ꝛc. *Tom. I. p.* 821. *ſqq.* aliosque, a FABRICIO *in Bibliogr. Antiq. Cap. XII.* citatos.

v. 276.

Κλάγξαντος ἄκουσαν, clangentem audierunt.

v. 277.

Χαῖρε — τῷ ὄρνιθ', Gaviſus eſt — de ave.

v. 280.

Κινύμενος, Quum moveor: κινούμενος, ἐπὶ πρᾶξιν ὁρμῶν. *Schol.*

Φίλαι, dilige.

v. 281.

